



BIBLIOTECA NAZIONALE

XXVII*

A

92


NAPOLI


JOS
ECC
g4 83

XXVII*

a

92.





el
IO. CAROLI MORELLI
C A M P A N I
O P È R A.

Sacri Tumuli.


Sacri Hymni.

Veteris Capuæ monumenta.

Epigrammata.



J. PARISI.



ROBERTO.
BELLARMINO
CARD. AMPLISS.
PATRONO SVO
IO. CAROLVS MORELLVS
Campanus S. P. D.



NICAM filiam meam, ut
confectæ etatis fructum, ita &
delicias, apud me natam, nec
alibi doctam, atque eductam,
oculis ipsis mihi cariorem, nocte
diuq; in sensu cubiculo, lectulo,
mensa, castisq; omnibus cōplexibus moratam, nec
paruo studio, negocioq; meo, ut formosa meis p̄o
viribus tum animo, sū corpore fieret, elaboratam,
tandem nubilem sancto connubij nodo deuincire
constitueram. Cōperi in cālibis patris domo ver-
satam à nuptijs abborrere, & satis, superq; fbi
faciendum affirmat, si pijs cum Virginibus in
claustris degere sibi daretur. Quoniam autem
infimo loco natas, desormes, pauperesq; pueras
bise in locis quandoq; despici solere compere-


habemus, ut melius cum illa agatur, ad te ancil-
lam dono mittere decreui, meiq; consiliū particeps
facta nibil à me quicquam grauius de se consul-
tum animaduertit; prò certo enim habeo eque
tutam illam apud amplitudinem tuam futuram,
atq; si solis, aut clausis locis committeretur, ubi
Castitatem ipsam, Pietatem, Humilitatemq;
in tuo cubiculo, & in uniuersis ædibus sit inuen-
tura, at honestiorem inter Purpuras, Mitrasq;
fore quis ibit inficias? Et quanquam adhuc ne
latum quidem unguem tenellum, timidumq; pe-
dem domo sua extulit, ita, ut antè hac nunquam,
& nusquam gentium sit visa, tamen suum in
Urbem iter ægrè latura non videtur; in quo non
solum nullius damni, maliq; se fore cimentem,
verùm etiam ab omnibus humaniter, quacunq;
iter fieri contigeret, tui causa accipiendam, &
ad te, quæ omnes ubiq; in oculis ferunt, de manu
in manum ducendā sibi persuadet. Velle me equidē
is mei ingenij esset partus, qui tantū apud Princi-
pem dignus esset famulatu. Quoniam verò idem
sanctus, & castus sancto, & casto datur viro, &
sanctus, & castus semper erit, eaq; de re maximè
tibi gratus futurus, Mineruæ non inuideo, quæ
licet è Iouis cerebro sit armata orta, eademque
virgo

virgo semper extiterit, tamen parùm abfuit, quin aliquādō vulneraretur, & vim pateretur. Iner-
mem, & nudam missio pro certo habens sub sa-
pienissimi, potentissimique Principis regumen-
to ab omni iniuria & domi, & foris apud
omnes (si unquam egredi contigerit) iutissimam,
bonestissimamq; etiam in perpetuum futuram.
Sacrorum Tumulorum libellum tibi dico: non du-
bito, quin libenter sis accepturus; non quia excul-
tus dici possit (non enim ita allucinor, ut nāuis
saltē maculatam non videam) sed quia argu-
mentum tuæ esse sortis necessè est confitearis.
Quòd si nulla res esset, in qua conquiesceres, illud
tibi iniucundum videri non debet, quòd in ijs la-
borarim, quæ mē edidisse non pœnitet, & te tuam
in fidem recepiſſe non pudebit. Vale. Idib. Quint.
M. DC. XIII.

AD CARDINALEM
BELLARMINVM
VINCENTIVS MORELLVS.



Non defectura unquā, vrēs in lumina cedrum,
Noēte, dieq; ardēns, nocte, dieq; micans
Ecclesiæ lampas sanctæ, sancti q; Senatus.
Candida gemma intus, rubraq; gemma foris,
Proximus ad Superos qui accedit, quemq; beati
Expectat Cœli Regia, iamq; vocat,
De Superis patrui labor est, Roberte; facerdos
Suspirat Cœlum qui simul, audet opus.
Si satis est Superis homines voluisse cœdulos,
Facta infecta tenent, paruaq; magna tenent,
Sit nostro satis hoc Domino. voluisset & ille
Magnus & esse Scopas, magnus & esse Brias.



SCIPIONIS DONATI

S.T.D. Camp. Campanæ Ecclesiæ Primicerij

AD IO. CAROLVM MORELLVM.

M Ausolæa tuis cedant, Morelle, sepulcris,
Pyramides, si quid maius & Orbis habet.
Si quis ebur, gemmas, argentum ponit, & aurum,
Ille tuis ponit nec preciosa magis.
Prò meritis nulla dignè cœlestia possunt
Materie, nulla Numinæ mole tegi.
Mente tegis, quæ mente geris; præstantius illa
Nil Mortalis habet, nilq; perenne magis.
Ite nouæ Capuæ nunquam peritura per Orbem,
Firmata in patrio non monumenta solo.

MICHAELIS MONICI

Camp. Decret. D.

AD IO. CAROLVM MORELLVM.

C Arole, dum musa Diuum venerare sepulcra,
Non moritura tibi tu monumenta locas.
Carole, dum Superis hymnos, & carmina scribis,
Ipse tibi laudes corripis Ixmarias.
Carole, dum musa Capuæ vestigia lustras,
Viuere dat patriæ prisca ruina tibi.
Arole, dum proceres laudas, carosquè salutaz,
Musa tuos mores officiosa notat.
Scilicet angusta carmen meditaris auena,
Attamen augusto viuis vbique sono.

Io.

Io. Maria Coscia Sacrae Regiae Maiestatis in Neapolitano Gymnasio legum interpres

Ad Io. Carolum Morellum.

FRustrà tot versus cantauit Musa Maronis,
Et vana incassum pascua; rura, duces.
Frustrà tot versus non cantat Musa Morelli,
Quæ pia Cœlicolum tot monumenta canit.
Grande patrocinium meruisti Musa Maronis;
Estq; relata tibi gratia digna satis,
Nunc Augustus ubi? & vates ubi? torret Auernus,
Manificæ superest vix leuis aura manus.
Cantatos Morellus habet super astra patronos,
Et cum cantatis præmia digna manent,
Non eris in terris etiam sine munere, Vates,
Qui Bellarmino nobile sculpis opus.

POMPEIUS BARBARITVS

Ad Io. Carolum Morellum.

QVOT tumuli, totidem palmæ, totidemq; triumphi:
Non tumuli, totidem clara trophyæ manent.
Æternæ hos laurus, non ambiat atta cupressus:
Cæsa semel non hac pullulat, illa dicit.
Felix in tumulis, reperisti, Carole, vitam
Experienti fati, viuis & in tumulis.
Ne tumulere, nouo tumulasti marmore Diuos,
Ne tumulere Dij te super astra vocant.

AVCTOR AD LECTOREM.

MAGNANIMOS CHRISTI Heroas venerare sepultos,
Te vocat hic pietas, te monumenta monent,
Nunc immortales, mortales ante, beatis
Sedibus è terris fortia facta locant.
Æternas etiam laudes tu disce mereri,
Disce simul CHRISTO viuere, disce mori.
Quot legis, Hospes, habes tot vitæ exempla supernæ;
Struere in planas aspera saxa vias.
Ecce tibi primi occurunt tua præmia CHRISTVS,
Atq; Parenſ faciles, quos imitere, sat est,

IO. CAROLI MORELLI

C A M P A N I

SACRI TVMVLI.

INIESV MONUMENTO.

SV B serui forma, turpi, diraq; supēnum
Occisum Regem morte, viator, habes.

Purgat Adē maculām, placat, recludit Olympum;
Victima, quantus amor, quantaq; culpa. Deus.

Auctorem nouere suum, fleuere cadentēm
Cuncta; negat, cedit, cui cadit, vnuſ homo.

Hic iacet, & causam spoliat Plutona, resurget,
Certant stellatis cæca sepulcra thronis.

EXcisam in antrum scrupeam vides rupem;
Quantus, hospes, qualis est locus. CHRISTVS
Quiescit intus. Regiam facit summam;
Cœlumq; sumnum Rex, Deus tuus summus.
Si tu necis causa es, tu & impius tortor,
Si tu Sepulcro condis & tenebroso,
Hinc es bonorum si memor tibi ortorum,
Quid nunc agendum sit tibi, simul nosti.

IN MONUMENTO VACVO.

Factus, homo, es Cœlo, dominus rerumq;; tuiq;;
Factus & Artificis tam citò imago cadis?

Vt reparetnr opus, iaceat qui strauerat, altus
Et cedit, & surgit conditor Vnigena.

Indigna hic iacuit te digna morte pereemptus,
Hinc spolia è victis Manibus ampla refert.

Proculme ad tumulum, tanto dignatus honore
Perpetuo tacti fragrat odore Dei.



Vicit iter durum pietas, consiste, viator.
Sancta Palæstinæ hæc terra cupitæ Pijs.

Hanc tuus, hanc oram nudo pede pressit iniquam
Seruator, cæsum clausit, & hic tumulus.

Tu, qui causa viæ, Mortalis, causaq; mortis,
Si, tibi quæ moriens præstítit, vsq; iuuant,

Dura super tumulo lacrymis quæcumq; profusa
Sit passus, recolas, gratius obsequium.

IN MARIAE TUMVLO.

Q V.E. Iudæa, tulit Virgo tibi deniq; CHRISTVM,
Regibus orta tuis, vatibus orta tuis,

In qua vna eniuit quidquid virtutis ubiq, est,
Maius & illud erat, lumine cassa iacet.

Hinc ad se viuam, qui regnat in Aethere, Natus
Assumet, matrem Luminis astra decent.

In se, si MARIAM hic saltem venereris, I E S U S
Admissi sceleris non memor, hospes, erit.



C Lausa MARIA intus, satis hoc. venerare, viator.
Omnipotens maius non valet Auctor opus.

Miraris vitæ potuisse perire parentem?
Illa homo nata tuæ conditionis erat.

Carniuoram hic I sin contemnit, Filius Almam,
Qui prius hinc surgit cæsus, ad astra feret.

En citius scripto cum anima descendit ab alto;
Cun sancto en iungit corpore, & alta tenent.

4
IN VACVO EIVSDEM
Monumento

DeUlcis adhuc aliquid vallis cœlestē susurrat,
Spirat ad huc superas marmor inane rosas.

Hec iacuit Virgo reparatrix mortua vita,
Hec, vbi curarunt funera Cœlicolæ.

Hinc assumpta super stellati munia regni,
Ad dextram Nati fulget honesta sui.

Pyramidum nostro cedat structura sepulcro,
Est id, quod capitur, gloria vera loci,

S. I O. BAPTISTÆ
Præcursori.

Lucifer immensæ Lucis Baptista, coruscus
Atq; adeò, ut fuerit creditus illa, cadit.

Deficit in casu, atq; effuso pallidus ostro
Occasum hic Solis conditur ante sui.

Præparat ille vias, qui Mundum venerat agnus
Loturus, profert indice, & ore Deum.

Ex utero sanctus, missus, vatesq; supremus
Magnum est, mittentis maius at ore cani.

SANCTI JOSEPH B.M.V.
Sponso.

Candi da quām fuerit quondā tibi, Iosephē, vita,
Quām summo fueris carus & ipse Deo,
Otentat, commissa fuit quòd maxima Mater,
Atq, eadem fidei maxima Sponsa tux.
Quòd verò fueris CHRISTO delectus alumnus,
Pignora quòd viuant tanta labore tuo,
Tantū est, vt multi dubitent, condaris an intus.
Cum Dominis potius dant super astra locum.

SS. INNOCENTIBVS.

Vix fœta egressi flores ex arbore, durā
Excussi subitō grandine, matris honos,
Qui primam CHRISTO infanti fecere coronam,
Hac pueri insontes contumulantur humo.
Sorte cadunt læti pro CHRISTO, forte parassent
Cui sœuam grandes impia turba crucem.
Est patriæ vitare parum bēllumq;, probrumq;
At magnum æterni Tartara plena mali.



Tvtus in Ägypto est, quē tollere credit Herōdes,
Prōq; puello vno millia fossa tegit.

Victimā ter felix, quæ causa cædere Sancti,
Qui dictus culpis omnibus agnus erat.

Ecce stolis albis coram nunc iuditis illo,
conspicuosq; magis purpura sparsa facie.

Vtilis impietas, vni damnsa tyranno,
Omors æterni, si cita, plena boni.

S S. A P O S T O L O R V M .
S. Petro.

Quia regnum cœlestē super fundavit IESVS
Prima suum, latet hic petra secunda Petrus.

Sit quamvis contrita omnis, sic surgit in altum,
Ut reseret superas, claudat & vna fores.

Vna super Terra soluit, ligat vna potestas,
Astra simul soluunt, astra ligantq; simul.

Ut tuta æternū si lei structa manebit,
Sic ponentis opus gloria Pontificis.

S. PAULO APOST.

Hoc Saulus, lupus antè rapax, qui dēte, vel vntot C H R I S T I mites dilaniauit oues , (gui

Paulus, ouisq; dein, prò CHRISTO cæsus eodem
Conditur in tumulo victima grata Deo .

Hoc amplectuntur CHRISTVM doctore Quirites,
Hoc duce prò CHRISTO vel didicere mori .

Plus debes Paulo, quam debes, Roma, Quirino,
Æternam toto rem tibi in Orbe locat .

S. ANDREAE APOST.

Retia traxi, piscator fio, relictis ,
Mex hominum , CHRISTI voce trahente mei .

Nostro Terra capi potuit , quam sortior, hamo ;
Tam Dominō dulcis, tam potis esca fuit .

Affixere cruci fungentem munere Patræ ,
Et tamen Andreæ nil cruce dulce magis .

Me modò Amalphis habet, dedit vrbs Byzātia.coz-
Vt tua, rex, pietas magna, Philippe, tulit. (dor,

SANCTO IACOBO FRATRI
Domini Apost.

Si tibi fas esset Iusti referare sepulcrum,
Quiq, latenter vultus forte videre meos,
CHRISTVS adest intus, clamares; munere Christum
Si tibi contigerit forte videre meum.
Hoc Domini frater sub marmore condor; ab alto
Deiectum templo stipite fullo ferit.
Me magis at similem fecerunt sanguine mores,
Oro, & quo Frater, pro feriente sono.

S. IOANNI APOST. ET
Euangelistæ.

Sectator cœlebs in primis carus I E S V,
Frater pro Maria traditus Vnigenita,
Is, qui digna fide scripsit, veditq; futura
E Domini potus pectore, marmor habet.
Exul pro CHRISTO, feruens est passus oliuum,
Mortiferumq; bibit, nec bibit inde necem.
Carus & ipse tuo fieri cupis, hospes, I E S V
Dilige, id ad vitam prædicat ille satis.

9

S. THOMAE APOST.

TE nouus, hospes, odor suspēsum, perlege causā,
Nc teneat, fragrat quo sacra nostra domus.
Attrēctare fuit rediuiui vulnera CHRISTI
Qui dignus, iacet hoc Dydimus in tumulo.
Felix contactus, pro CHRISTO dulcia vitæ,
Efficit, vt ducat spicula dira necis.
Ergò sacrī figas, quid cessas? oscula saxis,
Saxa aliquid nostræ sacra salutis olent.

S. IACOBO IOANNIS GER-
mano Apost.

FIlius hic Tonitru, multis quem clarus IESVS
Dignum spectaclis censuit antè suis,
Hospes habet cineres. Doctrinæ Hispania nunquam
Oblitura piæ dogmata ponit opus.
Non autem Iudæa virum, cui linquitur, audit;
Promissa hic CHRISTI pocula dura bibit.
Suspendas latus tandem tua vota Iacobo,
Præsentí præstat munera plura Deus.

S. PHILIPPO APOST.

O Ccisam Eunicho Candaces fortè lēgentū,
 Ignaroq, sacram qui reserauit ouem,
 Ossa intus condit. prò CHRISTO victima, & ipse
 Mutæ, crucem CHRISTI pertulit, & lapides.
 Nil Scytha crudelis præstare benignius vnquam
 Quiuisset forti prò pietate viro.
 Tu cruce discipulum dignè venerare vocatum.
 Qua secteris, habes, hospes, & ipse crucem.

S. BARPTOLEMÆO APOST.

H Oc sacram pellem, & quæ sacra pelle tegebat,
 Viscera sub saxo Barptolemæus habet.
 Si cute despoliant putri crudeliter artus,
 Ostro animam vèstit, cui cadit ille, Deus'.
 Detulit Armenis CHRISTVM; quem prædicat Indi.
 Antè Deum, absoluit munus vtrisq; suum.
 Insula felici surgis Tyberina sepulcro,
 Turbida Serpentis tu fuge, Fama, procul.

S. MAT-

S. MATTHAEO APOST.
& Euang.

ETurpi mensa conductor aurus F E S V
Hic tegitur dulci ductus ab ore fui.

In cruce passo Agno cum sacra litaret', in ara
Percussus gladio, victima opima cadit.

Ex hominis facie monumentis cuncta fidelis,
Quæ gessit Dominus, prodidit incipiens.

Es pro terrenis dignus, Matthæe, supernis,
Qui vertis, teneas ut bona, terga malis.

SS. SIMONI, ET IUDÆ
Apost.

DAt Simon Ægypto, Séleuco semina vita
Fert Iudas, ambo Persidis arua rigant.

Sic duo dicatis diuersis flumina regnis
Conueniunt, vnum fortè rigantq; solum.

Ut vastis vndas pontus complectitur vlnis,
Sic tu, Roma, viros accipis vna duos.

Hospes, qui Petri veneraris nobile templum,
Collegas etiam Principis ara tegit.

S. MATTHIAE APOST.

SVffectus Iudæ Matthias conditur intus;
Discipulum CHRISTO fors legit alta suo.
Abluit Æthiopes, reddit spectabile Cœlo,
Intus turpe magis, quam foris antè genus.
Ille suo fidus CHRISTO sic deniq; pugnat,
Auferat ut maculam victor Apostolicam.
In se iudicium bis sexta in sede locatum,
Dicentem infelix audier Iscariot.

S. LUCÆ EVANGELISTÆ.

Antiochenus eram ciuis, medicusq; , fuique
Sectator Pauli, perpetuusq; comes .
A vitulo exorsus, cum Paulo ut tradidit ordo,
Ipse fui C H R I S T I fidus in historia.
Non minus at fidè, quæ vidi , facta notaui
Fortia, quæ numerus gessit Apostolicus .
Cuncta tibi scripsi, qui cæderis hostia nobis,
Condier optassem victimæ & ipse tibi.

S. MARCO EVANGELISTE.

Hortatu Romæ fratrum mea scripsit, I E S V S
 Quæ gessit mirè, quæ docuitq; manus.
 Discipuli Petrus ipse sui, ac interpretis omne
 Laudat opus, dignum censuit Ecclesia.
 Mœnia Alexandri tandem videre magistrum,
 Nomen vbi à CHRISTO sanguine firmo nouum.
 Templa suo Veneti posuere immania Marco,
 Sto Leo patronus victor vbiq; Pijs

S. BARNABAE APOSTOLO
 ex septuaginta duobus.

M E Cyprus occidit, cui Christū prædico, verū
 Stulta suam Venerem censuit esse Deum.
 Admissus tandem seruator CHRISTVS, amore
 Incipit accendi patria cara nouo.
 Qui prius inuisus, consciensit sana patronum,
 Et ponit busto templo, sepulcra meo.
 Hic, Hospes, Pauli comitem venerare sepultum,
 Quæ docui, tanto digna fuere viro.

S. PRISCO CAPVAM A PETRO
Misso Episcopo, & Martyri.

Septuaginta duos numerabar Apostolus inter,
 Vulturno mittit Tybris ab amne Petrus.

Hinc Tiphatinæ diuello Sacra Dianæ,
 Veracisq, sero semina prima Dei.

Ipse meo Campanus ager fit sanguine latus,
 Projcior puteo, sum sine honore diu.

Oraclo inuentum regit arca argentea , diues
 Condit me ciuis, comparat vnde decus .

SANCTO STEPHANO
Prothomartyri.

ME Sacrae Solymi mensæ videre ministrum,
 Commendantq; meam plurima signa fidem .

In me Spiritui nequeunt obstare loquenti ,
 Obstupuere omnes, dum loquor alta, Scholæ.

Martyrium scando primus; fecere coronam
 Muralem lapides, aurea digna minus .

Me Stephanum dixere , foret mihi nomen inache,
 Ni commendaslet mox mea facta Deus .

S V M M O R V M P O N T I F . E T M A R T .
S. Lino Papæ, & Marty.

A Petro præsul magno Linus ille secundus
 Hic iacet, Hetrusci gloria prima soli.

Ad vitam extinctos reuocat, Manesq; superbos-
 Pellit; erat talis vita, fidesq; viri .

Consulis in verbo fit libera nata potenti,
 Cur, ingrate, necas? qui potes esse ferus?

Quām bēnē successor cum Principe conditur vna;
 In Cœlo cum quo gaudet honore suo .

S. C L E M E N T I S P A P A E ,
& Marty.

A Edicula hæc, hospes, manibus fabricata super-
 Nauta prius velis hæc faciebat iter .

In insula in hac exul viuo sitientibus vndam
 E saxo Clemens mittit, adestq; Pijs.

Unbmersus fuit hic, diro mandante tyranno,
 Hic fuit inuentum corpus, eunte mari .

Marmor inane modò, transfert Nicolaus in Urbem,
 Nec procul hinc, præstò est Martyr utriq; loco.

S. MARCELLINO PAPAE,
& Mart.

Seu tu successor, seu sis quæcunq; potestas,
Carmina nostra legas, yrna notata tibi est.
Hic Marcellinus tegitur, terrore malorum,
Obtulerat falsis qui pia thura Deis.
Poenitet, & maculam lacrymis, & sanguine lauit;
Offendens, & tu flentem imitare Petrum.
At si commissi fuerit quis lapsus ouilis,
Placatum velies qui tibi, parce, Deum.

S. MARCELLO PAPAE,
& Marty.

Marcelli subter cineres cole marmore tectos,
Qui summam CHRISTI gessit in Vrbe vicem.
Nobile quod cernis templum, domus antè ferarum;
Promebat ludos hinc sibi Roma suos.
Cui commissæ animæ, vilem capit ille ferarum
Pro CHRISTO curam, putor & interimit.
Bellua confoditur sic diræ inferna, supernus
Sic illi æternis floribus hortus olet.

OSTRIS. MARTINO PAPAE,
et Marti. & Marty.

Tuders, qui gentis deliria damnat eoz
Legitimo Coetu primus in Urbe Patrum.

Martianus iacet hic. Ponhi Chersona, Tyranno
Mittente, erumnis conficit exiliis.

Exilium nullum, dulcis dorsus, vnde superna
Suspirata diu patria lata patet.

Felix, qui dulces fructus radicis amaræ
Nunc legis, inq; astris stat cumulatus honos.

YRS. SIMEONI EPISCOPO
Hierojolymitano.

Hic natus Cleophe, Solymorum Praesul, IESV
Sanguine coniunctus, Dauidicusq; iacet.

Cum male cultores CHRISTI Iudea, genusq;
Dauidis in primis sauius acciperet,

Hic alios inter pro CHRISTO est plurima passus.
Supplicium diræ passus & ipse Crucis.

O bene quam Simeon titulos ostentat honestos.
Dum miro perficit robore cuncta senex.

S. IGNATIO PETRI DISCIPULO ANTIO.
chiae Episcopo Mart. feris obiecto, & vorato.

Sicut me Petrus CHRISTI vir magnus in agro,
Digitia fui metier luxuriata seges .
Triverunt pugnæ , tygres moluere , vorantq;;
Qui superest furfur dentibus , hic tegitur .
Seruatur , donec fuerit congesta , nouamquæ
In formam fuerit tota redacta Ceres .
Pars preciosa magis tenet altum discè supremo .
Fertilis esse , hospes , mundus & Agricolaræ .

S. DIONISIO PAVLI DISC. ATHENIEN.
Episcopo, & Galliarum Apost. & Marty.

Qui Solis mirans , Auctore cadente , dolores ,
Coniicit è tenebris funera dira nouis ,
Mox tenet occasum Lucis , Numenq; resurgens ,
Hic tegitur veri cælus amore Dei .
Ignotum referat Numen cui Doctor , eidem
Doctrinam ignotam vel referat potest .
Discipulum Pauli in Pauli venerare magistrum ,
Galle , tuum , per quem noscis & ipse Deum .

10
10.
10.
10.
S. TIMOTHEO PAVLI DISCIPULO.
10. *Ephesij Episcopo. Marty.*

Mirando in templo facientes sacra Diana
Qui damnat, saxis obrutus hic tegitur.
Timotheus constans Idolum ostendit inanè,
Quid CHRISTVS, sacra, quæ facienda Deo,
Quid ni pastorem Paulus præficerat Vrbis,
Et confirmarant litteræ ad officium.
Quam benè discipulum vinxerunt saxa Magistro,
Pro CHRISTO fortis qui & sua saxa tulit?

N
S. APOLLINARI PETRI DISCIPULO
Rauennati Episcopo, & Marty.

Hic, hospes, iacet ordinis minoris IV.
CHRISTI discipulus, comesq; Petri
Inter præcipuos Apollinaris. Long. 63
Templum hoc deniq; sana cum sepulcro
Tot post prælia, totq; post triumphos. 63 n*i*
Constantis fidei, tot atq; signa. 63 n*i*
Gesta perpetuum rei trophyum.
Doctori posuit suo Rauenna.

S. POLICARPO IOANNIS DISCIPULO
Smirnae Episcopa, & Marty.

Illiūs hac cineres conduntur Præfulis vrna,
 Qui fidei Smirnae dogmata prima dedit.
Spectaculum poscente nouum datur Amphitheatro,
 Exhibitus CHRISTO gaudet at ille suo.
Cum flamma luctamen habet; licet ille cremetur
 Totus, flamma tamen vincitur ipsa vorax.
Dignus ad astra volas victor, Policarpe, Magistro,
 Et qui oleum feruens vicit, & astra tenet.

S. BLASIO SEBASTAE
Episcopo, & Marty.

Qui totis coluit viribus hic Deum;
 Totum ut dulce sibi fundere duceret
 Caro pro Domino viscera, sanguinem,
 Sebasta hic tegitur marmore Blasius.
 In Calo tu etiam disce mererier
 Promissum, hospes, amans & Domini. insula
 Quantum pro lacera stare decus putas
 Vni, retribuit qui bona cognitum.

S. DONATO ARETINO
Episcopo, & Marty.

Quem confirmarant pugnæ paulò antè parentū
Cælorum CHRISTI pro pietate boni,
Te nequeunt, Donat, ab eodem flectere CHRISTO
Perpessi Socij verbera dura tui.
Non his degenerans, nec cedens vincis & ipse,
Spectatorq; trium fortior ingrederis.
Hic insigne caput regitur, truncusq; tiara,
Spiritus in Cælo fulget honore suo.

S. ERASMO ANTIOCHENO
Episc. Formyss passo, & Caieta sepulto.

Antiochi non antè semel qui pugnat in Urbe
Pro CHRISTO, Erasmus nobile marmor habet.
Hanc, ducentे Deo, vénit veteranus in oram,
Postrema hæc palmæ dulcis arena fuit.
Clara sibi asciscit magnum Caieta patronum,
Hoc templum ponit, ponit & hunc tumulum.
Cedite Troiani cineres, vos nomina vana,
Æterni præstas munera, Erasme, boni.

S. JANVARIO BENVENTANO
Episcopa, & Marty.

Hec tegit argenti caput hæc ampulla crux,
Hæc Benuentanæ suu[m] monumenta Mitra.
Qui fera blanditur, cui forniax ignea parcit,
Quem tortum obtruncat densaque saeta manus.
Ut caput agnoscit præsens crux, aspice, bullis.
Obscura haud meriti sunt ea signa viri.
Impie, reliquias Diuorum disce vereri,
Vult, qui mira facit, eum cadit ille, Deus viri.

S. ACT PRIANO. CARTHAG. 2
Episcopo, & Marty.

Tu Carthago nouis consurgit præsule rebus,
Gloria digna magis, quam vetus illa Dacum.
Terga Deis falsis vertens occumbis, L. E. S. V.
Intemerata fides Punica facta fides,
Cæsus in hoc paruo tegeris, Cypriane, sepulcro.
Contentusque fores hoc breuiore loco
At non ingenij poterunt monumenta perire,
Pars Mundi eloquium non capit, una tamen.

S. PETRO ALEXANDRINO
Episcopo, & Marty.

Verbis Alexādri Petrus hac Antistes in verna est,
Doctrinæ, ac vita lumine conspicuus. sedimus.
Dum nutat Cœli regnum, patientia cuactis
Mira viri multis tacta salutis iter. sicut numeros.
Qui CHRISTI vestem lacerauerat Arius, Heros
Auctorem premio pellit ab Ecclesia. i. e. nunc.
Vincula pro CHRISTO placuere, placetq; securis,
Ter felix virtus, præmia digna Deus. c. m. m.

S. PRISCO AFRICANO
Episcopo, & Marty.

Pertusæ, spoliatae armis, rectoreq; nauis. **E**
Te certo imponit gens mala naufragio. **E**
Cœlesti spirante aura, cursumq; regente, ibi non
Campanum ex Afro littore littus habes. **M**
Qui socios mitra præstabas, traditus Urbi. **O**
Es, ducente Deo, que in regione caput. **P**
Catholica es tu in monte prius, meliusq; sepultus,
Hoc mox argento, Prisce, secundus honos.

S. STANISLAO CROCOVIAE.
Rpiscopo, & Marty.

Ille hic Sceptrorum corrector maximus, illa
Omnibus officijs insula clara suis,
Ense Stanislaus Regis confossum iniquum
Conditur, integrum cernere cuique licet.
Discrepto, sparsoque agris, lectoque superno
Lumine, iuncta suis membra repeatè docis.
Non mirum, ad vitam revocatur testis ab Orco,
Commendata fides, ut foret alta Viri.

S. THOMAE CANTVARIÆ
Episcopo, & Marty.

Ecclæsiæ aduersus Reges tutela Britanæ.
Est humili Thomas hac tumulatus humus.
Non cadit ille suis damnis, ; ; ; ;
Nec latrone fugit, nec veniente Lupo.
Occurrit pâstor: prò causa exsus amata;
Proque extrema pati munere dulce putat.
Efficit en clarum miraclis pastor I E S U S,
Qui prò Quibus caris oppetit antè suis.

S. HIPPOLYTUS PRESBTERO,
 & Mart. obit.

Nobile scire cupis, sic cuius, Nauta, sepulcrum
 Ostia ponit opus nobilis Hippolyto.
 Cum fera tempestas turbaret ubiq; per orbem
 C H R I S T I cultores, obrueretq; pica,
 Quam Petrus, Paulusq; fidem fundarat in Urbe,
 Ille suos ciues hanc retinere iubet.
 Agnum sapè Deo obtulerat sacer immaculatum
 Ipse agnus factus deniq; Sacrificus,

S. NICOMEDIA PRESBTERO,
 & Martiri.

PRò CHRISTI quòd humas, Nicomedes nomine
 Et tu prò CHRISTO cæsus honore cares,
 Magha quidem charitas occidi, spernere condi,
 Ut cæsi, nudi non careant tumulo.
 En tibi projecto in Tybrim persoluitur, auro
 Non potuit Iustus condere, condit humo.
 Quid nra si tumulus vinebas aureus Agni,
 Quem casta obtuleras non semel ante manu?

SS. MARCELLINO PRESBYT.
& Petro Exorcista Marty.

Custodis Petrus Paulinam Dæmonem soluit;
Est Marcellini fonte lauare domum;
Turbidus, ut nouit, quæ facta, fragore Serenus
Fulgurat, innocuos ac ferit ense viros;
At non tacta fides, scopulosa firmior arce,
Vrna Exorcistam, Presbyterumq; tegit;
Insidiæ quietemq; tenent, vel Dæmonis artes;
Auxilium præsens præstat vterq; tibi.

SS. RELICIE PRESBYTERORUM
& Marty.

Illa urbis Felix Nolanæ gloria, dignus
Et testes intet qui quoq; habere locum,
Non pereat quamuis prò CHRISTO, firma voluntas
Non tamen hæc vñquam defuit, hic situs est.
Prò CHRISTO fortis perfert mala cuncta, superstes,
Vt Domino in patria pignora sancta ferat
Sat Domino est animus. Sic cæsum censuit Isac,
Fertile cui semen præbet in Orbe Deus.

S. PLACIDO, ET SOCIIS.
Caffinatib. Marty.

P Arricia degente pater, patria inclyta Roma,
Instituis Placidum vir, Benedicte, Dei.
Barbara præda suo pro CHRISTO cæditur, vna
Qui viutunt, fortes non minus, & Socij.
Et Soror, & Frater felices, ducit ab Urbe
Quos terrenus amor, iungit & altus amor.
Iunxerat vna dies, sic altera iungit, ouantes
Possit ut aeternum soluere nulla dies.

S. PETRO MARTYI
Ordinis Prædicatorum.

V Rna Crémoneñi stat Petro candida sancto,
Candida, cui placuit vita pudica, decent.
Ortus ab Hæreticis sternit maledicta venenum
Sic à vipereis carnibus orta necant.
Ore suo dignant Cœlestes, signa celebrant,
Dominicus instituit nobilis ordo pium.
Præscius ille cadens errores opprimit, Hydrus
Tollere non ausus post homicida caput.

S. LAURENTIO DIACONO,
& MARY.

Romanæ Leuitæ vigil Laurentius aræ,
Er cui thesaurus creditus Ecclesiæ,
Cui prunæ dignam pepererunt nomine laurum;
Redditus estquè auro purior, hic tegitur.
Vrit flamma foris, verùm non fumeus ignis
Negligit ardores, qui calet intus, amor.
Felix, cui tantum diuini traditur ignis,
Terrenos ignes ut superare queas.

EIDEMARY.

Illæ Sacerdotis primi Leuitæ, minister
Et sacræ primi pauperi in Vrbe rei,
Ille triumphato peperit cui Lauris honores
Aeternos igni, condidit hic cineres.
Si quæras nomen, Laurentius; antè verendum
Designat nomen Laurea clara suum.
Carboni flammæ cœlestis cuncta supersunt
Semina, non mirum, si sacra busta calent.

SS. CIRIACO & DIACONO,
& socijs Marty.

Ciriacus multis illustrat vincula signis;
 Dæmonio Augusti liberat Arthemiam.
 Mittitur ad Persas, sentit Saporis eandem
 Nata manum, sacro est fonte renata domus.
 Regressus Romam inuisus certamina fortis
 Intermisla subit, conficit. hic tegitur.
 Non unus Leuita, simul venerare sepultos,
 Causa eadem CHRISTI, pugna eademq; probat.

SS. PROCVLO. DIACONO.
Puteolano Marty.

Puteolana pium quem vidit & aera ministrum,
 Et fortem pugilem vidit arena suum,
 Hic tegitur iuuenis. Proculum dixerit, Sacerdos
 In Cœlo summus, Duxq; probauit opus.
 Grande ministerium, certamen forte, triumpho
 Cum sanctis possunt scribere Cœlitibus.
 Agrotus quicunq; venis ad balnea, Diuus
 Praestabit praesens utiliora tibi.

S. RUFUS DIACONO, ET CARPO.
phoro Martyr, Capua passus.

Quo nihil in terris, cum viueret, ara ministro
Campana hic potuit cernere candidius,
Hac sacra Rufus seruatur casus in ara,
Quo rubicunda magis purpura nulla micat.
Carpophorum Capuam pietatis ab Urbe vocauit
Fama, idem CHRISTI sanguine iungit honor.
Purpureis, albisq; tuis, Campane, corona
Floribus, in Cœlo sunt quibus astra decus.

S. VINCENTIO DIACONO
Marty.

Trus Ormentis victus nullis, qua excogitat ira
Se digna Impetas, plurima, sua nimis,
Fortior in blandis verbis Hispanus I E S V O H
Prò caro hic tegitur nomine casus homo,
Ingenium dignum conseruat nomine, durâ
Cordato poterat pectora ferre magis,
A benè regesta felix cognoscito nomen,
Non id fortuicium, poverat antè Deus,

S. ANASTASIO MONACHO
Marty.

Quem solas habitare casas, quem ducere solam
vitam iuuit, habet marmor Anastasium.

Visit cara Deo, dignataq; moenia C H R I S T O ,
Fert vbi non vnum prò pietate malum.

Patria prò causa regressum dulcis eadem
Excruciat variè Persis, & ense ferit.

Hinc Solyma asciscit cœlestis donat I E S U S ,
Cui bis in terris consecrat ille caput.

M I L I T V M M A R T Y R V M .
S. Sebastiano Militi Martyr.

Insubris miles, qui gesserat antè caduca
Prò re felici fortia bella manus.

Gentem ortus clara, prime ductorq; cohortis,
Emeritus terris hac requiescit humo.

Gloria vana quidem, Sabaoth ni deniq; Regis
Militæ ascriptus fortior usque forer.

Prò bene regesta supera modò, in arce triumpfat,
Optas prò CHRISTO vincere, disce mori.

S. GEORGIO MILITI. 2
Marty.

Si causam subiit Pium, Tyranno
Se primum impiger offerens Tribunus,
Pijs exitium ferro minanti,
CHRISTO proq; suo hic iacet peremptus,
CHRISTVM pollicitum virum superno;
Confessum genitore crede coram,
Confessus qui hominum est in ore CHRISTVM,
O quanti facienda res, Viatore.

S. THEODORO MILITI.
Marty. 2

Noras qui miles pugnas, Theodore, subire
Ferro, igniq; vrbes tradere magnificus,
Tandem Idolorum scandis, capis, vris & ædes,
Proq; tuo CHRISTO prælia dura subis.
Vrere, qui flamma obfueras. Sapientia Mundi
Inspiens, ignem gignere posse negat.
Ut Phœnix renouare; volas super astra coronam?
Acceptum, cineres hic, Theodore, tegis.

S. MENNAE MILITIA.
Marty.

Vana supersticio à Mēnā, in medio idq; théatro,
Damnatur C H R I S T I milite magnanimo.

Perculit, at varios, cruciatus fortiter omnes,
Non potuitq; capi yinctus, inermis homo.

Contusus plumbo tandem, percussus & ense
Hic iacet, hoc veræ Religionis opus.

Quiq; Augustorum damnat natale, renatus
Dat spectacula suis dulcia Cœlitibus.

S. VITALI MILITIA.
Marty.

Non semel in bello sum passus vulnera, sensi
Non semel à medicis vulnra passus opem.

Persoluo Vrsicino, quem curo morte pérenni,
Dum nutat CHRISTO vulnera posse pati.

Cóprehendūt rapiūtq; simul cruciantq; profundas
in fouea saxis obruor, hic iaceo.

Sum mihi, sumq; illi Vitalis nomine, requie
Meq; vna, atq; illum vita pérennis habeo.

S. MARCELLO MILITI
Capuae passo Marty.

Quod tibi contigerit bellum sufferre labores,
Obq; pati patrios vulnera s̄apē lares,
Qui, Marcelli, notant annales? scribere nusquam,
Gloria vana tamen, si legerere foret,
Qui CHRISTI perfers causa tormenta, necemq;
Mansuri æternum est gloria plena boni,
Glarius ob facinus locat Vrbs Campana tropheū,
Tuta sui Ciuis sanguine facta magis,

SS. BASILLIDI, NABORI, CYRINO,
& Nazario Militibus Marty.

Progenie clari iuuenes, virtuteq; clari,
Clarum Romanæ militiæq; decus,
Basilides, Nabor, Nazarius; atq; Cyrius
Hic fracta infractæ scuta locant animæ,
Augent imperium Fidei, impietasq; subacta,
Exacto bello conseruere manus,
Felices, bene gesta foris décorare triumphos
Non valuit, valuit res benè gesta domi

SS. QVADRAGINTA MARTYR.
Militibus.

Quadraginta virum superis donata coronis
Clara manus CHRISTI signa secuta ducis ,
Conditur hic tormenta eadē torquentq; , necantq;
Vnaq; victorum corpora flamma vorat.
Proiectus cinis in flumen , confluxit in vnum
Ecce locum, numerum conderet vrna minor .
Prō CHRISTO pugnas, es quisquis miles, obito ,
Qui cadit huic, ille est gloria, palma, decus .

SS. M A U R I T I O , E T S O C I I S
Militibus Marty,

Hic decimo cum quoq; suo legionis humatris
Dux est Mauritius, qui legis, offa vides .
Facturus Marti Cæsar sua sacra negantes
Impius è medio sustulit ense pios .
Sunt oculis yisi stultis vinciq; , moriquè ,
Vita perennis habet, palma perennis habet.
Non oblata olim melior, nec gratiior vnguam
Poscenti fuerat pars decima ante Deo .

S. ADRIANO IUDICI
Marty.

Iudex in CHRISTI Testes Adrianus iniquus
Hic, factus CHRISTI Testis & ipse, iacet.

Hoc Athletarum CHRISTI constantia magna,
Quam mirabatur, perficit vna bonum.

Mœnia multa virum sœnum videre ministrum,
Audiuerē pium mœnia multa virum.

Viscera verberibus fluxere, pedesq; manusq;
Vincere præcisus, mirus & ipse, valet.

S. GORDIANO IUDICI
Marty.

Me coram CHRISTI Testis non astitit unus,
Audijt atq; meum deniq; iudicium,

Ipse reus fieri prò CHRISTO gaudeo tandem,
Cunctaq; prò CHRISTO dulce subire mihi.

Prima pericla facit custodia, tundor, & ensio
Perstans summittō fortia colla fero.

Gordianum dicunt, damnabo, Iudice CHRISTO
Venturo, iudex æquus, iniquus eram.

S. PANTALEONI MEDICO
Marty.

Non vnum vulnus, non febrim curat & vnam
Prò C H R I S T O medices nostra perita manus;
O mihi semper opus felix, dulcesq; labores,
Si quoq; prò C H R I S T O censeo dulce mori.
Vulnera grata mihi, felicia tamq; , supremo
Ut possint Medico iungere continuò .
Qui, Medici, medicum tumulaftis, discite vobis
Et prodesse, docet talia Pantaleon.

SS. COSMAE, ET DAMIANO
Medicis Marty.

Eliciunt fratres Arabes Cosmas, Damianus
E nece quam C H R I S T I prò pietate ferunt,
Pocla fibi æternæ vitæ, sic succus amaris.
Ducitur ex herbis , nascitur vnde salus .
Sic fuerat C H R I S T I, vt norant, verùm omnibus illa;
Ac immensa prius de nece nata salus .
Qui, curare optas etiam tua vulnera, discas ,
Ec sanctum Specimen , quos tegit vrna, colas.

S. CASSIANO LVDI MAGISTRO
Marty.

Discipulis traditor caris cædendus, I E S V M
Quòd doceo, Sapiens quo sinè nemo sapit.
Confixere stili; quātò vis illa necandi
• Debilior, tantò nex ea dira magis.
Dulce tamen per eos Doctori iungor amato,
Qui prò discipulis cæditur antè suis,
Prætereà moriens doctrinæ præmia sanæ
Æternam vitam colligo discipulus.

SS. CRYSTANTO, ET DARIAE
Martyr.

Connubij nodo, Chrysante, Dariaq; solum
Legitimi firmo vos benè vincla ligant,
At, quibus astringit præduris turbæ catenis
Impia, franguntur non secusac glacies.
Coniugium si consensus facit, acrior illo
Non aliud, C H R I S T O qui ligat vnanimes.
Effodiunt terram, in fœna lapis obruit ambos,
Non fœna visus dulcior hac thalamus.

SS. M A R I O, E T M A R T H A E, C O N-
iugibus cum duobus filijs Marty.

CHRISTI Athletarum veneratum facra sepulcrum
 Cum natis Marius, coniuge cumq; sua,
 Per mala tot veniunt Romam , quos vincula seruare
 Dura, suis opibus, consilijsq; iuant .
 Inuidia dulci suspirant, omnia caro
 Stat pro CHRISTO etiam velle suprema pati !
 Exaudit CHRISTVS. victores condit & ipsos
 Vrna , & ijs iungit, quos colucre prius .

SS. S E P T E M. F R A T R I B V S C V M
Symphorosa Matre Marty.

Hac septem fratres cæsi crudeliter omnes
 Cum Symphorosa matre teguntur humo.
 Flebile spectaculum. hæc fluvio submergitur, ense
 Hi pereunt varijs persecutiōne modis .
 Guttur, cor, pectus, venter, concisaq; membra ,
 Figitur hæc iaculis,, hunc fera serra secat .
 Quid defles, hospes? cæduntur victima CHRISTO;
 Hoc satis, ut latus carmina nostra legas .

SS. ACHYLLEO, ET NEREO.
Fratribus Marty.

Si multos annos Neptunia Pontia cinxit,
Confecitq; malis omnibus exilij.
Si tormenta suo funguntur munere, firmi
Inuenti eunuchi sunt, Domitilla, tui.
Prostrati tandem, tenuerunt littora truncos,
Huc pia conuexit, texit & ossa manus.
Grata mala, exilium gratum, nex grata, supernam
Quæ patriam, vitam, quæ datis omne bonum.

SS. TYBURTIO, ET VALERIANO
Fratribus Marty.

Do bona pauperibus cū fratre Tyburtius am-
Do tumulo ob CHRISTI corpora cæsa fidem.
CH R I S T I etiam causa cæsis, iectisq; securi
Præstatur nobis hoc etiam officium.
Hic lacerati artus, trunciq; teguntur, ibidem
Integri stabunt, gloria, honore pares.
Stant animæ in Cœlo integræ, splendentq; coronis
Perpetuis, coram quas meruere Deo.

SS. GERVASIO, ET PROTASIO.
Fratribus Mart.

Verbera prò CHRISTO expirat Geruasius in-
 Contusus, truncus, Protasi, at ipse cadis.

Sunt bona pauperibus, libertas tradita seruis,
 Nacta hinc Impietas perdere qui valeant.

O frates digni, vestigia digna parentum
 Sectantur, nolunt degenerare, nefas.

Hoc non indigno inuentos contexit honore
 Ambrosius, dignus non erat antè locus.

SS. MARCO, ET MARCELLIANO.
Fratribus Mart.

Qui CHRISTI causa pedes, manusquè
 Confixi tabulis fuere clavis,

Duxeruntque epulas sibi paratas,
 Et discubentes frui beatè,

Cum Marco Marcellianus intus
 Concordes fratres iacent sepulti.

Laudantes iaculis Deum petiti
 Sistuntur mensis modò supernis.

SS. PRI-

S. PRIMO, ET FELICIANO
Fratribus Marty.

CVm Primo Felicianus vna;
 Quos ijdem terris ferunt parentes;
 Instituit C H R I S T I fides; & vna.
 Pro eiusdem confessione cæsi;
 Victores tandem hac teguntur vrna.
 Vt cruciatus inter alteri alterum
 Gratatur, virtus vt æmulatur;
 Sic spectator eos Deus coronat.

S. FAUSTINO, ET IOVITAE
Fratribus Marty.

BRixia nos tulerat fratres, eademq; securi
 Abstulit ob CHRISTI iam malè sana fidem.
 Viderat illa semel nostros non antè triumphos,
 Tentarant frustrâ vincula, flamma, feræ.
 Mœnia certatim cruciarunt plurima, CHRISTVM
 In multis virtus condere mira potest.
 Patria postremò nos percutit ense reductos.
 Hic tumulat, nouit deniq; sana Deum.

SS. PAVLO, ET IOANNI.

Fratribus Marty.

VNANIMES fratres, pij, ac fideles
CHRISTI asseclæ Paulus, ac Ioannes,
Qui vertere suam in fidem vocanti
Desertori terga Iuliano,
Casí pro CHRISTO hic simul teguntur,
Hospes, qui imperium times supremum;
Qui Domino in re duriore parent,
Constantes Domini cōle hic amicos,

SS. QVATTGOR. CORONATIS.

Fratribus Marty.

VRNA coronatos fratres hæc quattuor vna.
Prò CHRISTO condit nomine magnanimos.
Vitam in verberibus fundunt, vitaq; perennis.
Nacti sunt breuibus præmia supplicij.
Proiectis canibus, non solum parcitur illis,
sed quoq; defendunt, res magè mira, canes.
Hoc mirabilius, cum nomina magna laterent,
Diuino Oraclo sunt patefacta Pijs.

S. S. SEPTEM FRATRIBVS
S. Felicitatis fil. Marty.

HÆc vtero ipsa ferens, & lactans, pignora, quó-
(dam
Pectore voluebam semper, ubiq; meo,

Vt vos eductos CHRISTO profundere vitam
Prò CHRISTO possem cernere magnanimos.

Vulnera grata mihi, quæ siccis oscular, vnæ
Et possum siccis cernere luminibus,

Quam felix tumulo. Domino mea dicta referte,
Præmittit mater dona, petitquè sequi.

S. C H R I S T O P H O R O
Martyri.

IN veri laudem, fido quod prædicat ore,
Et forti Lycijs pectore Christophorus,

Fert frondes flores baculus, fructusq; virentes
Aridus, accipiunt millia multa fidem.

In maius veri robur non excoquit Alnum
Ignis prò CHRISTO, spicula non feriunt.

Hoc obtruncatus tegitur sub marmore, spernas
Vt tempestates, affice honore virum.

S. HIPPOLYTUS
Missa.

Qui Vi felix non antè semel rem gessit I E S V,
Atq; suo tandem nomine dignus homo,
Per sentes raptatus equis , laceratus & artus,
Hoc tumulo fortis conditur Hippolytus.
Ipse autem potitur promissæ præmia vita.
Integer in Cælo fortior Hippolytus.
At non vna ætas, æternum ducitur æuum ,
Æternoq; ornat verus honore Deus.

S. CHRYSOGONO.

Impietas quem dura igni, ferroq; probauit,
Hæc facilem condunt marmora Chrysogonum.
Quod crassum,hic tegitur,verùm translata superna
Pars ornat melior, nobilitatq; domum.
Fœtus ubi æternum toti spectabilis horto
Aureus in CHRISTO statq;, vigetq; suo.
Zoilus inuidit , voluisset & ipse feriri
Prò CHRISTO, præstat, quod valet, officium .

S. B O N I F A C I Q.

Marty.

Non semel ad pugnam cultores hortorI E S V,
Non semel occisos condo pius tumulis.

Talia qui facio Domino, durissima dulce
Est quoq; prò Domino quæq; subire mala.

Vngula me lacerat, calamo configitur vnguis,
Plumbum poto, mihi feruet & inde lebes.

Obtruncor tandem; latus quoq; honore carerem,
In Cœlo dignè quem benefacta locant.

• O S. P A N C R A T I O.

Marty.

Nomine prò caro CHRISTI virtute virili
Armarat Pietas æmula Pancratium.

Non egressus adhuc teneros tyrunculus annos
Pancratij absoluit prælia quina sui.

Ille cœbris, vinclis, cruciatu cumq; Tyranno
Dæmonē deuictis, hic iacet egrégius.

Non oleaster honos palmae, super astra conorato
Æterna Sabaot gloria, honore Deus.

S. T. R. V. R. T. I. O.
Martyri.

Per prunas iussus candentes ire Tyburtus
Pro CHRISTO molles iudicat esse rosas.
Incedit nudis pedibus, s^epe itq; , reditq; ,
Semper at illæsis itq; , reditq; viam .
Carnifici tandem ceruicem tradidit Heros
Hic capiti truncum iunxit amata manus.
Collocat ast animam æterni in floribus hortus
Cœlestis fidei præmia clara suis .

S. H. T. O. S. G. A. G. A. P. I. T. O.
Martyri.

Pro CHRISTO cæsum virgis custodia victu
Me sine confecit quattuor atra dies.
Educunt, cædunt iterum, capiti addita pruna,
Suspenso pedibus fumat in ora focus .
Feruenti effundunt vnda, malasq; refringunt,
Obijciorq; feris, non video esse feras .
Percutit indulci tandem Præneste securis,
Et possum tumulo nobilitare meos .

SS. VITALI, ET AGRICOLAE
Martyr.

Agricolæ Domini, & Vitalis conditæ serui
Hic sunt ob CHRISTI corpora cæsa fidem.
Tormentis vñus varijs, constanter & illis
Perlatis, tandem soluitur ingenuus.
Firmior at Serui tormentis alter, ad astra
A cruce nobilior, si magè seruus, abit.
Magna fides, dominis potuisti iungere seruos,
Agnoscis, nullum qui excipit, & Dominum.

SS. VITO PVERO, ET MODESTO,
& Crescentia educatorib. *Martyrib.*

Vitus in hoc tumulo cum caris tectus Alumnis,
Inferior magnis non puer ille viris.
Multæ tulit solus prò CHRISTO, plurima iuncti;
Vt diuisa forent sedibus ossa suis.
Exhalant animam, tonat ecce, & fulgurat æther,
Tota tremit tellus, templa ruere Deum.
Quam benè commendas testes, ostendis & vnum;
Et verum omnipotens te, Deus, esse Deum.

36
SS. CYPRIANO, ET IVSTINAE
Virgiui, Marty.

Factus amore malo Cyprianus Virginis, artes
Confudit ad magicas non redamatus amans.

In CHRISTI famulam Dæmon se prodit inertem;
Nil sapis, o sapiens, non tua damna vides?

Et piè amat, CHRISTVMq; colit, vitaq; prioris
Pœnitent, obq; fidem stat mala cuncta pati.

Cum qua vna optauit lasciuam ducere vitam,
Occidi, atq; regi vult, redamatus amans.

SS. FELICI, ET ADAVCTO
Martyribus.

Mercurio, Luna dejectis, atq; Serapi,
Ludificans spuerat quæ simulacra prius,

Supplicium Felix prò CHRISTO solus adibat,
Huic ignotus homo talia verba facit.

Cum Felice mihi lex est communis I E S V ,
Quis comitem sortis me vetat esse meæ?

Dixit, & amplexus gladio simul auctus eodem est.
Vna benè vrna tegit, qui simul astra petunt.

ss. NA-

SS. NAZARIO, ET CELSO
Martyri.

Nazarius, res mira quidem, Celsusq; puellus
Deiecti euadunt æquore de medio.

Hoc dederat CHRISTVS, prò quo sunt talia passi.
Imperat ille austris, imperat ille mari.

Hic capite eiusdem fidei constantia plectit,
Atq; suo patriam sanguine latifificant.

Hoc tumulo inuentos post secula multa recenti
Sanguine perfusos condidit Ambrosius.

SS. SENNEN, ET ABDONI
Marty.

Sennen, & Abdo iacét, lati quoq; honore carerét,
Qui cæsi quod hument corpora cæsa Piùm.

Sacra accusati sunt iussi soluere signis,
Nolunt, obiectis non nocuere feræ.

Ante triumphantem durissima vincla triumphant,
Oppida multa vident, inclyta Roma, vides.

Longè alia in Cœlo victoria tempora, duro
Ipso etiam victo Cæsare, fronde micant.

**SS. PROCESSO, ET MARTINIANO
Martyr.**

Carcere Tarpeio Paulum, Petrūmque tenente,
Nos aqua custodes nata repente lauat.

Quæ mala non perfet fidei constantia nostræ?
Commixuit dentes, contudit ora lapis?

Ad Iouis adducti venerari Idola negamus,
Hinc vrit candens lamina, virga ferit.

Condimur hic vna, gladio qui cædimur vna,
Processus fuimus, Martinianus oues.

SS. CLAUDIO, NICOSTRATO, ET MPHORIANO, Castori, & Symplicio Statuaris Mar.

Candida signa manus sculpebat nostra, iubemur,
At frustra, ut nostrum thure tolamus opus.

Dura probant primum mala, quæ custodia claudit,
Scorpio mox duris pungit acuminibus.

Obruit inclusos in plumbo denique Tybris,
Educit CHRISTVS, condimur hoc tumulo.

Sacra vni facienda Deo, vnum adamantina Sanctum
Iam corde in nostro sculpsérat ante Fides.

SS. TRIPHONI, RESPICIO,
& Nymphae Marty.

Vinea Triphonem conducebat manè, labores
Fert horam extremam fortis adusq; suos.

Ad medium ecce diem conduceatur æmulus alter
Respicius, feruens est operatus homo.

Commouet id Nympham, conduceat Vesperus illam,
Estque palam CHRISTVM testificata Deum.

In Cœlo merces pactis numerosa; quiescunt
Instrumenta intus sanguine sparsa suo.

SS. PROTHO, ET IACYNTHO
Eunuchis S. Eugeniae Marty.

Candidus, atq; rubens, pingit quo Dædala Tellus
Nil usquam melius, dexteriusq; nihil,

Conditur hac humili gladio percussus iniquo,
Hospes, cum caro Protho Iacynthus humo.

Eugeniam felix Eunuchus uterq; fecutus
Pro CHRISTO est austrum passus in Vrbe suum.

Clara corona sibi, Dominae non cedit honori.
Sunt, ubi pro meritis stat cumulatus honor.

SS. SEPTEM DORMIENTIBVS.

Mvnere qui CHRISTI annos dormiuere ducē-
 Temporis ut fūgerent dura quiete mala,

Germana à Somni raptos tegit vrna; videbit
 Mundi exorrectos vltima dicta dies.

In Cœlo vigiles animæ, mors nulla, soporq;
 Nullus vbi, tenebræ sunt, mala nulla, nitent.

Fortè resumpturas animas non corpora credis?
 Argumentum ingens, ut fatearis, habes.

OU S. SILVESTRO PAPAE.

Quò primum CHRISTI nauis iactata magistro
 Fluctibus incæpit deniq; pace frui,

Quoq; foris medico Cæsar mundatur, & intus,
 Et doctore tenet mente, manuq; fidem,

Cui data Roma fuit domino ditione teneri;
 Siluestri cineres hoc rude marmor habet.
 Succedit quicumq; olim, es tu diuitis hæres?
 Disce à me nifico, quomodo distribuas.

S. DAMASO PAPAE.

Q Vi magno primus Petri successit honori
 Hispanos inter, dignus eoq; fuit,
 Vrbs mirata fuit quatuor quem lustra sedentem,
 Non tamen ignavum, conditur hic Damasus.
 Templa piis condit, doctusq; volumina scribit,
 Vrbs decorata, vides, Vrbs decorata, legis.
 Ipse autem aeternis monumentis rraditus, Alme,
 Perfrueris Cælo, clarus ubi legeris.

S. LEONI PAPAE.

G Rande videns fractum miraris forte flagellū
 sub Mitra, cingit quam diadema triplex?
 Mirarisq; simili redeuntia signa? cruentum
 Hunnorum referunt hæc tibi sculpta Duceim.
 Hic Leo Romanus tegitur, cui paret inermis
 Attila, ne tribuas viribus eloqui?
 Utitur is verbis, Petrus tamen ense minatur;
 Successori astat, disce tenere locum.

S. GREGORIO MAGNO
Pape.

Illum inter summos vnum cognomine Magnum,
Hospes Pontifices hic cole Gregorium.

Quæ gessit, scripsitq; , valent ostendere magnum ;
Ostendit dignum desuper indicium .

Pauperibus largus, conuiua dignus IESV.
Appellat patrem libera Roma suum.

Hic iacet, in Cœlo maiorem crede triumphi,
Quam meret in terris , pax fuit arrha viro.

S. AMBROSO EPISCOPO
Mediolan. Eccl. Doct.

Insubri Ecclesiæ Præfeto, munere dignum
Quem puer ignotus prædicat, Ambrosio ,

Qui grauis eloquio magnum parit Augustium ,
Quemq; timent Reges , tu quoq; flecte genu.

Hoc portendebant in cunis monstra futurum .
Ambrosiasq; manus, ambrosiosq; pedes .

Felix, in terris qui sic tibi viuis, ut antè
Æternum ipse pares nectar, & ambrosiam .

S. AUGVSTINO HIPPONENSI
Episcopo, Eccl. Doct.

Qué sacra doctorē sequitur schola, quiq; futuris
Rebus ab augustis nomine dignus erat,
Sana purgatis doctrina erroribus Afris,
Firmata, atq; aucta Catholica antè fide;
Ad vitæ Socijs tutissima castra vocatis,
Hac Hipponeasis Mitra quiescit humo.
Res bene gesta parit cognomen patria clarum
In terris, pietas dat super astra decus.

S. HIERONIMO PRESBTERO
Antioch. Eccl. Doct.

Multipli clarius doctrina Hieronymus intus
Eloquio mirus, vario & ore filet.
Antiochense caput tonsura nobile sacra,
Et fractum vigili membra labore cubat.
Consulit Vrbs, Orbisq; virum; vestigia Patrum
Arcta sequens sœuis imperat usq; feris.
Terribilem expectat sonitum, qui semper ad aures
Antè erat, intrepidus, surget, & astra colet.

S. ATHANASIO EPISCOPO
Alexandrino.

VCx ea sublimis tacet hic, CHRISTIQ; lucerna
Deficit hic, fidei firma columna iacet.

Perpetuis viuens nullis aquilonibus vñquam,
Mutus, & extinctus, fractus Athanasius.

Arius infelix, quid falso dogmate polles?
Expugnare nequis, exigitare potes.

Exeat ad huc tantæ virtutis imago, cadaver
Integrum intus habes, strataq; saxa calent.

S. BASILIO MAGNO
Episcopo Cesareæ.

Aureo de solido si tumulus foret,
Magno Basilio parvus honor foret;
Quo non uno aperit verius, amplius
Sacra arcana viro tota simul schola.

Cunctarum cumulus nobilis artium
Vili, quis putat hoc marmore conditur.

Virtutis radis omnibus emicans
Sedem maior habet spiritus auream.

S. GREGORIO NAZIANZENO
Constansinop. Episcopo.

SVm cognominis, es meus patronus.
 Indigno mihi magna præstitisti q[uod] p[ro]p[ter]a munera.
 Hanc aram tibi cum suo facello,
 Ter felix mitra, luxq[ue] Nazianzi,
 Saxo conspicuam extero, Gregori,
 Romanorum humilis dico Sacerdos.
 Multis prò meritis tuo p[ro]fili
 Sacrato cineri tuis honores.

S. IOANNI CHRYSOSTOMO
Episcopo Constantinop.

Non atros cineres vrna, sed aureos
 Condit; scire cupis forte? Chrysostomi
 Torrens eloquij qui fuit aurei;
 Thesaurusq[ue] fuit qui sapientia.
 Quæ non inuidiae duriter excoquunt?
 Quæ non flamma probat? clarus emicat.
 In Cœlo ipse magis spiritus aureus
 Coram Sole suo, qui facit aureum.

S. HILARIO EPISCOPO
Pictauæ.

Numine de Trino dignè qui scripsit, & vno,
Pictonum hic præsul non iacet Hilarius.

Æternum stabit doctrinam Hieronymus altam
Commendat, sanam veridico ore vocat.

Catholicæ fidei stetit arx tutissima, mille
Expugnare virum non potuere doli.

Qui reuocare potest ad vitam corpora vita
Defuncta, hunc credas nunc meliore frui.

S. GREGORIO TAVMATVRGO
Neocæsarea Episcopa.

CVi Thaumaturgum miracula multa dedere
Cognomen, condunt marmorâ Gregorium.

Hic, ubi nunc cernis templum, mirabile dictu,
Quem procul hinc cernis, mons aliquandò fuit.

Hic fuit alta palus, sicco pede quâ modò transis,
Nec datus est Lico terminus ulterior.

Si quid habes fidei, sponde tibi plura, Viator,
Sit modò viua fides, quantulacunq; fides.

S. REMIGIO EPISCOPO
Rhemenſi.

RHEMENSI PARIO tegitur ſub marmore Praeful;
Mansurum diues Gallia ponit opus.
Est illo complēxa fidem doctore beatam,
Eiusdemq; manu lota ſalutis aqua.
Quæ terris calamō viuens monumenta reliquit,
Æternum ſtabunt candidiora niue.
Seu Gallus cineres, ſeu ſis peregrinus, honora;
Te manet à tumulo gratia multa piūm.

S. MARTINO EPISCOPO
Turonensi.

ANTÈ armis fulgēns, mitra, vitaq; reducta
Mox, nullo hic viētus Panno labore iacet.
Quam chlamys hinc pendens partem dēſiderat, illa
Vestijt hic CHRISTVM, nunc ſuper astra micat.
Hinc Cœlo intrepidus nostro migrauit ab hoste,
Atq; ſuo tollet tempore corpus humo.
Non ſatis humano Martinus dicitur ore,
Diuino cecinit quēm Deus ore ſatis.

S. NICOLAO EPISCOPO
Mirensi.

Mvnificus Præsul Myrensis ubiq; vocatur ;
Si acciderit puro corde vocare tibi.
Innocuae exemplum vitæ tibi poscere pluris ,
Vnus habet, sancti quicquid habere cupis .
De super acceptum duplex sic ille talentum ,
Tractat, vt addiderit bina talenta super .
Gaudia nunc Domini potitur laudatus in astris .
Qui tot diuitias ceperat , hic loculus .

S. GERMANO EPISCOPO
Campano.

Insculptus referens ignes globus, hospes, in vrna,
Atq; anima in medio, Cœlicolumq; chorus,
Sint cuius cineres, ostendit imagine, Yates,
Qui videt ascensum, texit amica manus.
Infula clara suæ Capuz ; notissimus Orbi
Ille omni est, Vrbi qui benè notus erat .
Arxi dum Cassini Benedictio stabit in Orbe ,
Germani nomen stabit in Orbe nouum .

S. P A V L I N O N O L A N O
Episcopo.

Q Vanta suos fuerit Nolani Præfulis, hospes,
In ciues pietas, perlege, & obstupeas.

Vt redimat, qui diues erat, sic pauper, & vltro
Se quoq; seruitio tradidit, vt redimat.

Nota Afis tandem virtus, sic liber, & vnā
Commixtū est populi præda remissa domum.

Sic servi Dominus forma est indutus. I E S V S,
Liberat, & secum fert genus. vrna tegit.

S. VITALIANO EPISCOPO
Campano.

V Italiani, hospes, Capuz qui præfuit Vrbi.
Hic cinis, eximiæ simplicitate mitræ.
Hunc benè de patria meritū gens improba turbat,
Consutum sacco mergit & amnis aqua.

Protegit alta manus, patriæq; remittit honestum,
Commendat pluuiia, quæ antè negatæ, fidem.

Ponit adoptato templum, tumulumq; patrono
Vrbs Catanzani religiosa suo.

S. V B A L

S. LAZARO MARSILIAB
Episcopo.

SVm semel in terris natus, bis mortuus, & bis
Ingressus vitam, tertia vita beat.

Omnipotens opus fuit omne volentis I E S V,
Cuius tunc felix hospes, o hospes, eram.

Magdala, Martha mihi germanæ, dura subiui
Hospite pro dulci, dulcia cuncta mihi.

Terra iterum tegitur mortale, iterumq, resurget;
Tunc expers cum anima funeris astra colet.

S. VBALDO EPISCOPO
Eugubino.

Non modo non optat Pastoris munus obire,
Hospes, opus quamquam concipis ipse bonum,
Spernit ac oblatos dignus quoq; Vbaldus honores,
Accipit inuitus, maxima Româ iubet.

Indignus, prænsans, non intrans limine, latroes,
Extincta est lampas si tua, mirer ego?

Fulserit ut coram quondam mortalibus, vrna
Clara docet signis, disce inerere decus.

S. STEPHANO CALATIAE
Episcopo in agro Campano nato.

Hic cineres, quicunq; legis, venerare sepultos,
Hoc te sacra monet mitra, pedumq; sacram.

Fert Campanus ager, quem Clanius irrigat, inde
In Seruatoris Rector in Vrbe micat.

Suscipit in primam sedem Calatia, sancti
Est mirata diu facta superna Patris.

Dilectum hic Domino, hic ornatum crede, viator,
Æternam in Cœlo gloriæ habere stolam.

S. SIMMACHO S. MARIAE MAIORIS
Veteris Capuae Episcopo.

Qui MARIÆ stantes miraris fortè columnas,
Desine mirari, nobile Regis opus.

Simmachus, in sacri legitur qui fornice templi,
In vitæ scripsit quem manus alta libro,

Conditur aræ huius sacro sub marmore, Iusti
Æternum stabit fama, perire nequit.

Præfuit huic ædi, vitæ monumenta supernæ
Addicti seruant pectore Presbyteri.

S. CAROLO CARDINALI
Mediolan. Archiepiscopo.

Non Thronus Insibrū sanctus, nō clara Quiritū
Purpura, non generis, sunt tua fama, decus.

Gesseris at quoniam dignè sacra munia, tequè
Spreueris in tantis, Carole, , luminibus .

Hæc Mausolæs dignum tegit vrna? putasti
In fouea nomen claudere fortè tuum ?

Non cælare potes, magnus commendet ab alto
Spectator signis quin tua facta Deus.

S. CATHALDO EPISCOPO.

Proferat vt partum stellæ felicis ad ortum,
Ipsa tua extincta est, magne Cathalde, parens.

Restitus vitæ in lucem vix editus osclo ,
Infula, portendit, quanta futura fores .

Doctrina se peras florentis temporis omnes ,
Egregia at pietas emicat ipsa magis .

Hoc cineres condit sub marmore molle Tarentum ,
Ad tumulum gaudet ponere delicias .

S. ASPRE-

S. ASPRENO NEAPOL.
Episcopo.

Cum peteret Romā Petrus, huic Deus appulit
Asprenus CHRISTI dogmata primus init. (orx,

Præficitur paucis. crescit sub Præsule sancto
Plebs noua, commendat vita beata virum. de3

Quem curat non dum visum, lauat Almus, honestat,
In Cœlo cum illo crede tenere locum. 150

Hoc insigne mitra pronus caput, hospes, honor,
Parthenope argento vestit alma suo. 120

S. PAVLO PRIMO EREMITAE.

Hac Paulus cultor squalentis primus Eremiti
Post seclum vili conditur, hospes, humo. 150

Vt Decium in CHRISTI declinet membra furētem,
Liberiusq; Deo seruiat, antra petit. 120

Palma cibat, vestitq; eadem, dant pocula fontes.
Dant membris mollem marmora dura torum. 150

Non centum Omnipotens hic soli defuit annos;
Sunt homini præsò tempore cuincta suo. 120

S. ANTONIO SECUNDO
Eremita.

COelesti annona dignus, p paupere CHRISTO
Factus inops, diues cui referarat opes,
Secessus cultor duri hac Ægyptius heros,
Deuicto ignauo Dæmone, tectus humo.
Nullus in orbe fuit virtutum lumine clarus,
Qui sibi non fuerit tunc imitandus homo.
Clarius exemplum vitæ tibi sume relictum,
Sis vna ut lætas dignus habere domos.

S. HONOFRIO EREMITÆ.

OEductus tegitur setis Honofrius intus
In cineres corpus, seta superstes, ijt.
Sexaginta Deo Baptistæ seruijt annos
Hic solus magni non initiator iners.
Intulit æthereus nemori lux prævia Custos,
Constanti è Cælo mittitur vnda, Ceres.
Mortalis mortale tegit Pannuntius vrna,
Sunt immortales nunc super astra simul.

69

S. HILARIO ABBATI.

F_X voto, dignèq; eius tegit vrnula sacros
Ex luto cineres, illa nec extat humo,
Qui casula contentus erat, iam quantula posset
Corporis esse capax, quiq; cubaret humili.
Instituit clarus teneros Antonius annos;
Nec sanctæ à silua vitæ imitator abest.
Hilarion timidus potuit non linquere terras,
Bis septem seruit qui benè lustra Deo.

S. BENEDICTO ABBATI.

Dilectæ Cœlo gentis, Terræq; magister,
Quem probat omnipotens, mirificatq; Deus,
Incola Cassini Vates hoc præscius horæ
In tumulo extremæ, quem parat antè, iacet.
In terris tantum quem Magnus prædicat Orbi;
In Cœlo paruum nè puta habere locum.
Hæc, quicunq; legis, Cœlum via recta petendi;
Commendant Superi, quam tenet ille viam.

S. BERNARDO ABBATI:

Corporis ob formam multæ cupiere puellæ,
Pulchrior ast animo sperno, pudica placent.

Tutior ut viuam, sanctos peto sponte recessus,
Non absunt comites, quos iuuet altus amor.

Hic ego contemplans arcana superna recuso,
Quas offert sacras maxima Roma mitras.

Nunc meditata prius cerno coram obice nullo,
Bernardus dico: condor in hoc tumulo.

S. MAVRO ABBATI
Cassinati.

AEmulus hoc vita Benedicti Maurus in arcta
Conditur arcto etiam marmore discipulus.

Mirantur Socij, socium vocat ipse Magister,
Signorum dignat munere sæpè Deus.

Qui lumen cæcis, qui cassis lumine vitam
Reddit, qui duram sub pede sentit aquam,

Qui fugat & Manes, quam viderat ante Magistro
Ad Cœlum stratam, crede habuisse viam.

75

SANCTO DOMINICO.

Extrême Hesperiæ Vesper, sed Lucifer Orbis,
Et post occasum clarior, hic tegitur.
Gens Gusmana suo decori posuere sepulcrum,
Sectatrixq; piæ turba relicta viæ.
Hæresis est almi verbi virtute fugata,
Auditorq; tepens ystus amore Dei.
Hoc erat in somnis vtero cum ferre gerentem
Ore facem catulum est optima yila Parens.

S. FRANCISCO ASSISI.

Si cui Francisci tumulum reserare liceret,
Veste sub hac hirta, diceret, est Dominus?
In cruce pendentem Dominum si cernere, seruus
Ascendit nudus corpore fortè crucem.
Conformis Domino vultu, conformior autem
Moribus æthereis, vulneribusq; Crucis.
Signa salutis habet nostræ; venerare, viator.
Fecerit hunc quanti, noscitur indè, Deus.

S. ROMVALDO ABBATI.

Semotæ iacet, asperæq; vitæ
Hic intus Romualdus institutor;
Dat mons, dñeq; casas nemus quietas;
Ex alto sibi nouit institutum.
Post longam, placidamq; seruitutem,
In paucis fuerit licet, fidelem
Nauatam Domino, colas beatum,
In multis super astra constitutum.

S. FRANCISCO DE PAVLA.

Faruulus in terris effectus conditur intus;
Vt bñè factus homo iusserat antè Deus,
Hic Minimorum Auctor. miraris fortè superbi
Phidiaca tumuli marmora sculpta manu?
Rex magnum in Cœlo Gallorum condit honeste;
Tamq; humili puluis sat foret exiguis.
Ne rapias, Galaber. qui cunctis nascitur; Orbis
Illi omnis cumulus; gloria prima tua est.

S. THOMAE AQUINATI.

Praecepit lumbos, doctrinæ conscius omnis;
Virtutisq; imæ lumen & Ecclesiæ,
Hic iacet Aquinas. Scribentem laudat I E S V
A cruce, se Dominus proq; labore dedit,
Prò vili, ac solo cultu contemnit honores,
Non mirum, talem Dominicus instituit.
Nunc magis effulget coram Patre luminis omnis;
Verum supra lumen in Ecclesia.

S. BONAVENTURÆ.

Hoc Bonaventuræ tegitur sub marmore corpus.
Hoc satis est; nosti cætera, nomen habens.
Magna sui in terris Francisci, magna Senatus,
Hospes, Romani gloria viuus erat.
Mortuus at maior, reddunt miracula clarum,
Quæquæ super doctæ sunt monumenta manus?
Commendant Sancti Sanctum, qui fulgitis Ostro,
Hoc fulgore datur fulgere fulgidius.

S. ANTONIO DE PADVA.

Hac testamenti situs est Antonius arca,
Et Franciscanæ gloria magna domus .

Hæresis errores felici contudit ore,
Ut fuerit dictus malleus Hæreticum .

Martyrij cupidus ventosum nauigat æquor,
Fers aliò tu aliud CHRISTE dature decus .

Miraclis viuens, defunctus claret, ab Vrbe,
Claret vbi, Paduæ, quæ tumulatq; , vocant .

S. NICOLAO TOLENTINATI.

SObrietas, candor, vigilantia mentis ad alta,
Prostratis Mundo, Dæmone, Carne, iacent

Hic, hospes, cum Picente intus: nomen amati
Cui Tolentini dat diuturna domus .

Cantibus Angelicis viuens dignatus, ad astra
Mortuus est ductus cantibus Angelicis.

Si te Cœlestis vitæ tenet ardor amoris,
Est præsens, sumas vnde tibi specimen .

S. MAR-

S. MARTINO SOLITARIO.
monis Massici.

Martinum, præbet notus cui Massicus antrum,
Cuiquè cadit sobrio guttula, quanta satis;
Quemq; catena ligat, ligat arctius ipsa voluntas;
Hic pietate nitens Mitra Calena tegit.
Ipse diu tentator adest, dat deniq; victus
Se Draco præcipitem, quā furit, ardet iter.
Deberi sibi contendit vicina Suessa;
Huc vehitur bobus crēditus indomitis.

S. ALBERTO CARMELITAE.

Fax accensa vtero visus prodire parenti,
Edita mox populis fulgida, odora pijs,
Hac Albertus honor Carmeli extinctus in vrna est,
Non tamen est expers luminis vrna sui:
Molle viro durus cultusq;, cibusq;, torusq;;
Fiunt mira manu, dura fit vnda pedi.
Effugat & meritò laruas, cui funera Iusti
Cœlicolum dulci præcinit ore chorus.

S. LUDOVICO GALLIARVM
Regi


Gloria Allorum Ludouicus, hospes, intus
Rex ille hic Solymæ iacet supernæ VI
Suspirator, ut eius hic amore
Terrenæ quoq; saucium videres :
Est post fata tamen potitus vna ,
Si viuens nequit altera potiri;
Non saxum rude displicet, sub auro
Cui viuo tegumen dabant Camelus .

S. ALEXIO CONFESSORI.

Tu domi, Alexi, tuæ moreris nō cognitus? heu.
Hic vtinam passus non quoq; dura fores.
Suspirate diu frustra, frustraq; parentum,
In primis lacrymis sponse vocate meis .
Heu cur non repetis regressus pignus amoris?
Seruauit, agnoscas , pignus amoris habe .
Terrarum quoniam ex peregrino Oracula supernum
Te Ciuem pandunt, te te go lata, yale.

B E A T O I G N A T I O I E S V I T A R V M
Fundatori.

Ignati, meritis tuis pusilla
 Terrarum foret omnis Orbis vrna,
 Totus gemmeus, aureusq; , vilis,
 Qui cum nomine par volas I E S V .
 Qui præstas bona plura post I E S V M
 Humano generi vnius indigenti,
 Nulli iure tuis pares honores,
 In Cœlo reperis pares honores .



S A N C T A R V M

V I R G I N V M,

E T M A R T Y R.

T V M V L I.

S. TE-

S. TECLAE PAVLI PRIMOGENITAE
inter fæminas Prothomarty.

P Rò CHRISTO quæ prima gerit fera bella Vira-
Prò quo terrenum liquerat antè virum,

Omnibus hìc tegitur tormentis Tecla supertes:-
Tormentis cunctis liberat altus Amor.

Suscipit electo tandem de monte, beatam
Viuit ubi vitam, summus Olympus anum.

Hunc ignem in terris accendere venit I E S V S ;
Qui legis, & caros linquere disce tuos.

S A N C T A E D O M I T I L L A E .

S Im quibus orta, meū sat monstrat Flavia nomē,
Quòd sim Cæsaribus neptis, inanis honos.

Quòd duro teneat prò CHRISTO Pontia clausam
Carcere, quòd crucier, quòd cremer, omnis honos.

Eunuchos Dominæ dilectos contego, & vna
Perfruimur Cœlo, cui cecidere viri.

Quò sentire mihi cum seruis aptius, Orco
Ne vna cum dominis clauderet impietas?

SANCTAE CAECILIAE.

CAECILIAM claudit venerabilis ara beatam,
Sfondratæ æternum stat pietatis opus.
Hic nubit CHRISTO, parit hic, hinc pignora Sponso
Præmissa, hinc sequitur, fert eademq; via.
Virginis hoc precibus templum sacrauerat antè
Urbanus, fuerat Virginis ante domus.
Relliquias venerare sacras, imitareq; fortes,
Consortes etiam dulcis agonis habet.

SANCTAE AGATHÆ.

CLARA pudicitia, pietateq; maior, vterquæ
Dura subire facit prælia magnus amor.
Non colaphi, nō vincla mouent, nō lamina cädens,
Scissa mamilla nihil, testula, pruna nihil.
Dupla suæ in Cælo sentit mox præmia palmaræ,
Hæc verò tectum marmora corpus habent.
Hoc venerare, manent eadem post gaudia. nomen
Est Agathæ. Virgo, nubere disce Deo.

Hic Agnes alias inter formosa puellas,
Nupta suo CHRISTO virgo tenella iacet.

Commendat Sponsum, Sponsi mundumq; supernū,
Contemnit sponsi dona caduca noui.

Pro Sponso multum dilecto pugnat inermis,
Vesta tamen, lustrum, flamma, machæra cadunt,

Intus pulchra suo conspersa quiescit in ostro,
Pulchrior at superis spiritus in thalamis.

S. DOROTHEAE.

LVeratur, CHRISTO dederant quæ terga, Soro-
(res,
Corrumpenda datur queis Dorothea, suas.

Præmittit Cœlo CHRISTI prò nominè cæsas,
Prosequitur, figit, tuta pedemq; pedi.

Quod tardabat iter pondus mortale supernum,
Despoliatur, habet nobilis arcâ decus.

Tu verò duplici in Cœlo decorare corona,
Pars melior, cedant aurea, querna tuæ.

S. EMERENTIAE.

Hoc èa plena fide, fragrans charitate Puella,
Quæ non dum fuerat lota salutis aqua ,

Virginis Agnetis collætea condita saxo ,
Sanguine facta suo candida lacte magis.

In turbam in CHRISTVM Virgo hæc inuecta furen-
Obruitur saxis, vndiq, cæsa fluit . (tem,

Sic rosa purpureum perdit percussa colorem
Grandine, at ipse magis fragrat odore locus .

S. APOLLONIAE.

Exiguos cineres intus, quos flammæ reliquit,
Hospes, habes: quæris cuius ? Apollonix .

Contusa hæc malas, dentes auulsa paratum
Profilit in magnum victimæ spontè rogum .

Quæ grauis , in cineres abiit pars; euolat autem
Optatum ad numerum purior usq; leuis .

Tu cole reliquias. virtuti præmia restant ,
Stabunt, prò CHRISTO quæ cecidere suo .

S. L V C I A E.

NVilla Siracusium posset si gloria ciuiis,
Plurima quæ pamen est, nobilitare solum,
Hæc insigne tamèn fecisset Virgo secundum
Totius lumen Lucia Trinacriæ.
Pro dulci CHRISTO, forti quem prædicat ore,
Dat ferro iugulum, proq; pudicitia .
Relliquias venerare, hospes, castèq;, pièque
Viuentem S A N C T V S S P I R I T V S incoluit.

S. C A T H E R I N A E.

HIc Sina, hæc ædis Catherinæ sacra beatæ,
Hoc intus marmor nobile corpus habet .
Quis nescit Sinam? leges hic accipit altas
Dux Moses, caro fert populo indē suo.
Clarior at virgo . prò CHRISTO pugnat amato ,
Nex, rotæ denuictæ , verbera, vincla, famæ.
Hoc noto in monte in signum victoria palmae
Cœlicolum manibus collocat arma Deus .

S. SV-

S. S V S A N N AE.

Romanas fulgens inter Susanna puellas,
Et genere, & forma, quod pia virgo, magis,
Ante feris cruciata modis, mox icta securi;
Hic iacet egregijs æquiparanda viris.
Nè sortem dicas duram, ut foret illa fidelis
Sponsa suo CHRISTO, talia læta tulit.
Galerium spernens meruit cœlestia Regna,
His accepta malis visa nitere magis.

S. P R I S C A E.

Mi genitor Tybris, parit Ilia, nomine Prisca,
Req; tenella, satis pulchra, pudica satis.
Gloria vana omnis, nisi CHRISTI ancilla fuisset,
Et constans Hominem fassa, Deumq; forem.
Quam benè commendat gratus mea iura, fidemq;
Mi leo blanditur, friget & ipse rogus.
Hic abissa caput iaceo. sto nacta coronam
Æternam in Cœlo, sponsa ibi facta Deo.

S. E V G E N I A E.

Est mentita marem Eugenia, ut seruiret IESV
Cum duris virgo clausa tenella viris.

Hic latet, at CHRISTI causa percussa securi,
Quem grauis eloquio praedicat ore Deum.

Non Tybris, non flamma, fames non enecat antè
Tuta sui CHRISTI sentit ubiq, manum.

Quæ fuit in vinculis à CRISTO digna cibari,
Est eadem in Cœlo clarior accubitu.

S. C H R I S T I N A E.

Quæ numerum virgo spernit Christina Deorum
Quæq; vnum tantum differit esse Deum,

Atq; suo vanum cum CHRISTO admittere numerum
Cuius amore cadit, respuit, hic tegitur.

Illius est primus tortor pater impius, ore
Lingua abscissa canit feruidiore Deum.

Prò CHRISTO est iaculis corpus gauisa feriri,
Antè animam cuius foderat altus Amor.

S. B A R B A R A E.

QVAIIS barbarie barbarus ò magis,
Natam qui manibus cædis homo tuis.

Quauis impietate impius ò magis,
Mactas Dæmonibus qui rabidis piam.

Hoc sacro regitur Barbara marmoré,
CHRISTO facta tamen nobilis hostia.

Sic, hospes, timeas non tibi fulmina;
Da sacro cineri munera caudida.

S. M A R G A R I T A E.

QVÆ sua ructi sciens mercandi Virgo, reperta
Ut preciosa sibi margaris empta foret,

Antiochena, suo CHRISTO mostrante magistro,
Vendidit, hoc tumulo margaris ipsa latet.

In minimis habuit vitam: profudit. I E S V S
Vnio, quo nulla est merx preciosa magis.

Æternas Vrbis portas cœlestis honora
Ornantem hic, hospes, qua minus astra nitent.

SS. SABINAE, ET SERAPHIAE.

QVÆ mihi dat fidei præcepta Seraphia, cæsam
Prò CHRISTO hanc tumulo sponte Sabina tego.

Accusata pij officij, execrataq; mūta
Signa Deum dīdici fortis & ipsa mori .

In gremio dilecta meæ requiesco Magistræ,
Discipulæ in templo cara Magistra suæ.

Gens pia contumulant. vna hic venerare sepultas:
In Cœlo cumulat cultus honore Deus.

SS. EUPHEMIAE.

RElliquias, hospes, perpaucas vrnula condic
Virtute insignis virginis Euphemiae.

Illâ sui stadij prò CHRISTO de niquè victrix
Obiecta est sœvis, facta cibusq; feris.

Dentibus hæc avidis tantum super ossa fuerunt
Paucula, fracta nimis, seruat amica manus.

Integra, nec quicquam perijt, consurgens ad vnum
Crimem etiam capit is computat usque Deus .

S. RUFFINAE, ET SECVNDAE
Soror. Marty.

Q Vas idem genitor, genitrix eademq; tulere,
Quas alit vnuus amor, quas docet vna fides,
Et quæ vna pro vno coro cæduntur I E S V,
Vna decenter habet nobilis vrna duas.
Ruffinam venerare, hospes, venerare Secundam;
Alterutram ipse colas, vtraq; culta tibi.
In CHRISTO vnanimes fieri, vos discite, sanguis.
Quos vnuus vincit, quos tenet yna domus.

OLIA S. BIBIANAE VIRGINI,
& Marty.

Hic Bibiana iacet: palma quæ clara parentum
Prò CHRISTO didicit vincere & ipsa suo.
Blanditijs primùm, mox vltentata minarum,
Postremò cæstum sat superare fuit.
Nunc victrix cum Patre suo, cum Matre triumphat,
Atq; pari iungunt præmia lætitia.
Disce pijs, hospes, parere parentibus ergo,
Non mandare potest impia sanctus amor.

S. VRSVLAE VIRGINI,
& Martyr.

Hoc tegit argento clarum diademate quōdam
Vrsula, tot Comitum è millibus vna, caput.

Confoditur iaculis Regi benè nupta supremo,
Damna pudicitię ne pateretur amans.

Nunc verè in Cœlo regnat, Comitus & vna,
Communis dignat sponsus honore Deus.

Auxilium quicunque cupis tibi mortis in hora,
Si studiosus eris Virginis, illa dabit.

S. LVCIAE VIDVÆ MARTYR. A FILIO
accusatæ, quòd Christum coleret.

Me multos annos accusas, nate, colentem
CHRISTVM, num crimen prodere turpe putas?

Ostentas Mundo cælatos matris honores,
Et facis, ut Cœlo dignior ire queam.

Sic etiam tu eodem tandem cäpiaris amore,
Pròq; eodem cæsum marmora nostra tegant,

Vt præstare nihil potuisses gratius vnquam,
Vtq; micat per te Lucia clara magis.

S. MARIAE MAGDALENÆ.

Nobilis illa suis, quæ pectora fixit, & vissit
 Peccatrix oculis frigida, dura Deo,
Icta boni CHRISTI iaculis, facibusq; perusta;
 Exudata suum dedecus omne, iacet.
Tantum dilecto viuens exarsit Amore,
 Vt cinis hæc etiam marmora calfaciat.
Conciliare Deum toruum tibi sicupis, hospes;
 Exemplar vita tu melioris habes.

S. MARTHÆ.

Nobilis hospitio CHRISTI germana Mariz,
 Exhibitoq; magis clara ministerio,
Hac mortale suum corpus deponit in ara,
 Esse resumendum libera fassa fide.
Pro dulci obsequio serpentibus imperat atris,
 Pro dulci hospitio Regia summa datur.
Hoc Dominæ tumulum posuit, templumq; Tarascu,
 Nacta decus felix, nacta patrocinium.

S. PVUDENTIANAE.

Illa receptrix pauperum , patrumq;
 Religioñis pristinæ satorum ,
 Illa domus virgo Pudentianæ
 Casta sacrīs altaribus , patensq;; ,
 Hoc tumulo felix iacet sepulta ,
 Prò rēseratis indigis tot arcis ,
 Proquè receptis gratiæ Ministris ,
 Diuitiæ in Cœlo datæ perennes .

S. PETRONILLAE.

Qui Petro sacrum templūm , Pétriq; sepulcrum
 Visis, habes Natam, quam venerere simul .
 Hic Petronilla iacet thalamis dignata supernis ,
 Non tamen hic Flaccum spernere visa virum .
 Quæ Patrem Romam Solymis èst sponte secuta ,
 Quæq; facit Sponso, Patreq; digna facit ,
 Quæ quoque prò CHRISTO crudelia fortis eodem
 Cum Patre passa foret, cum Patre digna iacet .

S. P R A X E D I.

PRAXEDES, CHRISTO quæ larga ministrat egesti
Omnia diuitijs commoda sponte suis,

Hoc tegitur tumulo, dum stragem ferre Piorum.
Non valet, obtinuit munere posse mori.

Hospes, detenctus vincis, ægrotus, egenus;
Repperit in sancta Virgine latus opem.
Possidet hæc, hospes, Regnum cœlestē locatam,
A dextris cernes Iudicis, antè diem.

S. CLARA AEVOM.

FFrancisci iacet hic imitatrix Clara beati; **D**
Altera, nec patriæ gloria clara minus.

Hoc Virgo in templo vixit, clausitq; puellas.
Quas docuit castas esse, piasq; simul,

Hinc prece freta fide crudeles repulit hostes,
Se, ciuesq; suos liberat obsidio.

Hic signis claret, sileat Vestalis Amata.
Est non decepti nostra magistra chori.

S. CATERINAE SENENSIS:
Ordinis Prædicatorum.

Con iugìo CHRISTI Virgo dignata superbo,
Da flores, humili dormit in hoc thalamo.
Fixit spina caput recolentis funera, pectus
Lancea, utramq; manum claus, utrumq; pedem.
Vulnera mira; ferunt, possint cum tollere, vitam.
Dulce dolor, cuius participauit amor.
Quæ vi Cœlesti valet abdita cernere rapta,
Facta leuis præsens deniq; aperta videt.

S. AGNETI VIRGINIS MONTIS
Politiani Ordinis Prædicatorum.

Digna Agnès CHRISTI lactentis, & ore Mariz,
Et ferre à Dominis dona superna suis,
Integra sub saxo tumulatur fulgida signis,
Fortè suo hic etiam rapta sopore cubat.
Iussa suis fundat castis hæc tecta puellis:
Scortorum, & spurci Dæmonis antè domus.
Fragrat odore locus, mirari desine, Cœlum
Ros dedit oranti, terraq; pressa rosas.

S. EUPHROSINAE CARMELITAE.

Tuta pudicitia, quam CHRISTO voverat, inter
Carmeli notos virgo tenella patres,
Sub cultu maris inuisos fugiens Himenæos,
Hoc, hospes, tumulo conditur Eufrosina.
Consulit ignotam pater: est solata; puellam
Tutam ostensurum spondet & esse Deum.
Se moriens prodit. moritur genitoris in vlnis.
Summi animam credas in gremio esse Patris.

S. FRANCISCAE OLIVETNAE.

Illa statu Cœlo gratissima semper in omni,
Virgo, vxor, vidua, clausa dicata Deo,
Hic Francisca iacet fragrans, ardensq; lucerna
Montis Oliueti gloria Romulidum.
Quam fuit in famula Dominus mirabilis? alma
Affueta Vrbs signis vidit, & obstupeuit.
A stat ei assidua Custos virtute supernus.
Iure inter Cœli Numina, Paule, refers.

S. MATRONAE.

LVLitanorum iacet intus regia proles
Matrona, ipso autem marmore candidior.

Hic ponit Prisco templum, tumulumq; reperto,
Ut prius Oraclo nouerat æthereo.

Hic valet è morbo, qua causa mittitur, hicq;
Vixit cum sanctis inclyta Virginibus.

In Cœlo coram Domino nunc aurea lampas.
Non mirum, siquid fictile lucis habet.

S. BRIGIDÆ VIRGINIS.

TV quæcunq; tuam damnosam, Virgo, pudori
Cognoscis formam , quem cupis esse Dei ,
Pulchra petita procis doceat te Brigida, turpis
Impetrat esse, foret ne repetita procis .

Ecce professa suum votum fit pulchrior , ecce
E Cœlo tangit clara columna caput .

Non despectus amor signis commendat I E S V S
Hic corpus, superis spiritus in thalamis .

S. AN-

S. ANDRÆ.

Hic iacet Anna parés magnæ generosa Parétis,
Est humilis tumulus, Filia nam sepelit.
Non tamen est fuluum saxis preciosius aurum,
Quæ tantæ Dominæ tacta fuere manu.

Dilectæ ò quoties lacrymis maduere Mariæ.

Fixit & ò quoties oscula marmoribus.

Tu lacrymis, osculisq; tuis venerare sepulcrum,
Hospes, erit gratum munus vtrisq; tuum.

S. MARIAE AEGYPTIACÆ.

Consilio Superum, aut casu quicunq; penetras

Inuia Iordanis vix loca nota feris,

Hic Ægyptiacam tectam venerare Mariam,

Et tandem exemplo disce redire Deo.

Nulla frequentatis impurior Vrbibus illa,

Purior in solis fœmina nulla locis.

Fossa leonis opus; tumulauit Zosima palmæ

Inscripsit digito quæ monumenta legis.

S. ELENÆ.

Costantini, hospes, Matrem venerare sepultā,

Non magni quoniam Cæsar is illa parens;

Seruit illa Deo, cuius non cuncta potestas

Est humana magis fulgida seruitio.

Templa Pudicitiaz construxit plurima sanctæ,

Sæpè hic Virginibus facta ministra sacriss.

Disce Deo gratum obsequium. reperire salutis

Nostræ instrumentum munere digna fuit

S. MO-

S. M O N I C A E.

(parenſuē,

VIrgo, anus, aut vidua, aut sis sponsa, nouerca,
A Monica exemplum viuere disce pium.

Illa statu vita sic semper vivit in omni,

Vnius ut Cœli fine laboret amor.

Quo feraore fuit, pietateq; conijce, natum
Deceptum ex Orci faucibus eripuit.

Crede frui Cœlo, quæ terris edit eundem,
Qui sciuit multis Cœlum aperire vijs.

B. M. Magdalena Paccia Florētina Carmelita.

CVi sponsi bisbrena dedit priuata salutis
Æternæ CHRISTVS dogmata, solus amor,
Multiplici visit forma quam Spiritus Almus,
Quam rapit ex imis, quamq; futura docet,
Contemptrix Mundi, Ditisq; strenua vietrix,
Carmeli decus hic Margara virgo iacet.

Felix, quæ Superis coniungere mortua, viuæ

Quos tibi monstrarat non femeſ arce Deus.

S. Cælidæ S. Petri Discipula prima Neap. fidelis.

Quæ Terræ vultu superasti, Virgo, ligustra,
Mox, quæ sunt Cœlo, mente ligustra refers.
Incidit hic nomen candor, perfecit at alter;

Hinc vanum, æternum nomen at indè tuum,

Es tu cœlestis verbi filos, Candida, primus,

A Petro Siren quem sata prima tulit,

Candida busta regis niueo hoc sub marmore, Cœli

At pars candidior lactea recta colit.

Finis Tumulorum.



AD PAVLVM V. PONT. OPT. MAX.

A Vro cincta caput, pennas ac passa volucrum
Quid Regina sibi, stans Draco quiduè refert?

Paule, tui generis, non hæc insignia magni,
Venturi Imperij monstra fuere noui.

Ostentat Regni Iouis ales fuluus honores,
Et foueas populos qua pietate datos.

Quam verò inuigiles rerum prudenter habenis,
Insomnis custos indicat Hesperidum.

Hæc ut vera, diù ut profis mortalibus ægris,
Quod referunt eadem symbola, viue diù.

V-M-V-A-P-A-G-A

PROVAT OBLIVIA

A Vito o santo celante benisse os bons moços
Quando d'los morir fuisse D'les d'los 1000
A cunha de l'los d'los moços fuisse
O que d'los d'los d'los d'los d'los d'los
A cunha d'los d'los d'los d'los d'los d'los
H'is d'los d'los d'los d'los d'los d'los d'los
Quod i'cunha d'los d'los d'los d'los d'los d'los

AD ROBERTVM CARDINALEM BELLARMINVM.



Non quòd prima parens tellus Hetrusca mitra-
 Te tulerit, mitris teq; propago nitens,
 Hetruscus Clemens Romano vestijt ostro
 Te, Roberte, sui motus honore soli,
 Sed quia virtuti digni debentur honores,
 Est & præcipuum Principis illud opus.
 Romanæ plus ipse rei nunc vñus in Orbe
 Præstas, quam cunctus præstítit antè labor.
 Ecce tuo prostrata pedi iacet hæresis omnis,
 Deberet quævis palma parare decus.
 Non satis omnis honos, non ipsum culmen hono-
 Prò paruo in Cælo nil tibi cuncta loco.




AD EVNDEM MOX CAPVÆ
Archiepiscopatu, & Diui Bene-
dicti Ecclesia auctum.


IV. M. M. R. A. J. G. A.
 1. 2. 3. 4. 5. 6.

Roma tenet primū, tenuit Carthago secundū,
 Tertius est Capuz scriptus in Orbe locus.
 Punica præteriit, Romana potentia durat,
 Campanæ superest pars preciosa rei.
Quis negat hoc demens ? magna Carthaginis vrbē
 In nostram transit iure secundus honor.
 Iure secundus honor nobis debetur ; eandem
 Agnoscent matrem Rōmulus, atq; Cāpis .
Quod te Roma suo decoratum murice rebus
 Ditet Campanis, augeat inq; dies,
Hoc ideo dūco factum, quod censuit inter
 Purpureos Patres præcipuum esse Patrem .
Hoc modò largitur: secum daret oīnia; nouit,
 Ornaret dignum quem diadema triplex :


A D E V N D E M . A




Felicibus Capuam præsens, Roberte, dabante;
 Sperabas firmam reddere posse diem.
Quis te non timuit nobis absente ruinam?
 En absens præstas omnia: mirus amor.
Id successoris munus vigilantia magni
 Persoluit, dignum quem legis ipse virum.
Felicis Capuae Vulturnus moenia nostræ
 Dum lauet, & lætos ciuis arbit agros,
Campano ex animo nunquam Robertus abibit
 Et quis Roberti non monumenta videt?



A D. MARI V M COSCI A M
Montis Alcinoi Episcopum.



Non quòd Burghesiæ sis carus, Coscia, genti,
 Quos rerum dominos Orbis in Vrbe colit,
 Non quòd Senensis lumen sis Vrbis amatæ,
 Sceptrifero natum sanguine Parthenopes,
 Sanguis Romanas qui quondam rexit habenas,
 Pròq; suo gessit Purpura bella Petro,
 Insigni Quintus mitra te Paulus honestat,
 Hetrusciq; Vrbi præficit Alcinoi,
 Sed quia doctrina fulges, pietateq; magna,
 Atq; videt vitam non minus innocuam.
 Non par honos; humili magni facis attamen illum;
 Promissa in Cœlo sunt preciosa tibi.



AD ANGELVM ACCIARIAM
Sancti Benedicti Capuæ
Abbatem.



Q Vanquam lata tibi patet ad virtutis honores,
Angele, maiorum strata labore via,
 Ipse tamen tanta præstas virtute, malignum
 Ut possis etiam pandere solus iter.
 Conuenit ætati, qua fulges, **insula prima**,
 Magna quidem, mēritis insula parua tamen.
 Pontificum sanguis, Lucumonum sanguis honestus
 Haud vñquam, haud vsquam degener esse potes.
 Te maiora manent, quod maius, Purpura dicit,
 Qua nihil Vrbs vidit maius, habetq; nihil



S. PUDENTIANAE.

Illa receptrix pauperum , patrumq;
Relligionis pristinæ satorum ,
Illa domus virgo Pudentianæ
Casta sacrīs altaribus , patensq;;
Hoc tumulo felix iacet sepulta .
Prò rēseratis indigis tot arcis ,
Proquè receptis gratiæ Ministris ,
Diuitiæ in Cœlo datæ perennes .

S. PETRONILLAE.

Qui Petro sacrum templūm , Petriq; sepulcrum
Visis, habes Natam, quam venerere simul !
Hic Petronilla iacet thalamis dignata supernis ,
Non tamen hic Flaccum spernere visa virum .
Quæ Patrem Romam Solymis est sponte secuta ,
Quæq; facit Sponso, Patreq; digna facit ,
Quæ quoque prò CHRISTO crudelia fortis eodem
Cum Patre passa foret, cum Patre digna iacet .

S. P R A X E D I.

PRAXEDES, CHRISTO quæ larga ministrat egēti
Omnia diuitijs commoda sponte suis,

Hoc tegitur tumulo, dum stragem ferre Piorum.
Non valet, obtinuit munere posse mori.

Hospes, detenctus vincis; ægrotus, egenus
Repperit in sancta Virgine latus opem
Possidet hæc, hospes, Regnum cœlestè locatam,
A dextris cernes iudicis, antè diem.

S. M. S. C L A R A E M Y O R I.

FRANCISCI iacet hic imitatrix Clara beatissima.
Altera, nec patriæ gloria clara minus
Hoc Virgo in templo vixit, clausitq; puellas,
Quas docuit castas esse, piasq; simul,
Hinc prece freta fide crudeles repulit hostes,
Sæ, ciuesq; suos liberat obsidio.
Hic signis claret sileat Vestalis Amata,
Est non decepti nostra magistra chori.

S. CATERINAE SENENSIS.
Ordinis Prædicatorum.

Coniugio CHRISTI Virgo dignata superbo,
Da flores, humili dormit in hoc thalamo.
Fixit spina caput recolentis funera, pectoris
Lancea, utramque manum clausus, utrumque pedem.
Vulnera mira ferunt, possint cum tollere, vitam.
Dulce dolor, cuius participauit amor.
Quæ vi Cœlesti valet abdita cernere raptæ,
Facta leuis præsens denique aperta videt.

S. AGNETI VIRGINI MONTIS
Politiani Ordinis Prædicatorum.

Digna Agnes CHRISTI lactentis, & ore Mariz,
Et ferre à Dominis dona superna suis,
Integra sub saxo tumulatur fulgida signis,
Fortè suo hic etiam raptæ sopore cubat.
Iussa suis fundat castis hæc recta puellis:
Scortorum, & spurci Dæmonis antè domus.
Fragrat odore locus, mirari desine, Cœlum
Ros dedit oranti, terraque pressa rosas.

S. EUPHROSINAE CARMELITAE.

Tuta pudicitia, quam CHRISTO vouerat, inter
 Carmeli notos virgo tenella patres,
 Sub cultu maris inuisos fugiens Himenæos,
 Hoc, hospes, tumulo conditur Eufrosina.
 Consultit ignotam pater: est solata; puellam
 Tutam ostensurum spondet & esse Deum.
 Se moriens prodit. moritur genitoris in vlnis.
 Summi animam credas in gremio esse Patris.

S. FRANCISCAE OLIVETNAE.

Illa statu Cœlo gratissima semper in omni,
 Virgo, vxor, vidua, clausa dicata Deo,
 Hie Francisca iacet fragrans, ardensq; lucerna
 Montis Oliueti gloria Romulidum.
 Quād fuit in famula Dominus mirabilis? alma
 Assueta Vrbs signis vidi, & obstuپuit.
 A stat ei assidua Custos virtute supernus.
 Iure inter Cœli Numinia, Paule, refers.

S. MATRONAE.

LVCETANORUM iacet intus regia proles
Matrona, ipso autem marmore candidior.

Hic ponit Prisco templum, tumulumq; reperto,
Ut prius Oraclo nouerat æthereo.

Hic valet è morbo, qua causa mittitur, hicq;
Vixit cum sanctis inclyta Virginibus.

In Cœlo coram Domino nunc aurea lampas.
Non mirum, siquid fictile lucis habet.

S. BRIGIDÆ VIRGINIS.

TV quæcunq; tuam damnosam, Virgo, pudori
Cognoscis formam , quem cupis esse Dei ,

Pulchra petita procis doceat te Brigida, turpis
Imperat esse, foret ne repetita procis .

Ecce professa suum votum fit pulchrior , ecce
E Cœlo tangit clara columna caput .

Non despectus amor signis commendat I E S V S
Hic corpus, superis spiritus in thalamis .

S. AN-

S. ANN AE.

Hic iacet Anna parēs magnæ generosa Parētis,
Est humilis tumulus, Filia nam sepelit.
Non tamen est fuluum saxis preciosius aurum,
Quæ tantæ Dominæ tacta fuere manu.
Dilecta & quoties lacrymis maduere Mariæ.
Fixit & o quoties oscula marmoribus.

Tu lacrymis, osculisq; tuis venerare sepulcrum,
Hospes, erit gratum munus vtrisq; tuum.

S. MARIAE AEGYPTIACAE.

Consilio Superum, aut casu quicunq; penetras
Inuia Iordanis vix loca nota feris,
Hic Ægyptiacam tectam venerare Mariam,
Et tandem exemplo disce redire Deo.
Nulla frequentatis impurior Vrbibus illa,
Purior in solis fœmina nulla locis.
Fossa leonis opus; tumulauit Zosima palmae
Inscripsit dito quæ monumenta legis.

S. LEN AE.

Constantini, hospes, Matrem venerare sepultā,
Non magni quoniam Cæsar is illa parens;
Seruit illa Deo, cuius non cuncta potestas
Est humana magis fulgida seruitio.
Templa Pudicitia construxit plurima sanctæ,
Sepè hic Virginibus facta ministra sacris.
Disce Deo gratum obsequium. reperire salutis
Nostræ instrumentum munere digna fuit.

S. MO-



AD PAVLVM V. PONT. OPT. MAX.

A Vro cincta caput, pennas ac passa volucrum
Quid Regina sibi, stans Draco quidue refert?

Paule, tui generis, non hæc insignia magni,
Venturi Imperij monstra fuere noui.

Ostentat Regni Iouis ales fuluis honores,
Et foueas populos qua pietate datos.

Quam verò inuigiles rerum prudenter habenis,
Insomnis custos indicat Hesperidum.

Hæc ut vera, diù ut profis mortalibus ægris,
Quod referunt eadem symbola, viue diù.

W.M.D.F.A.R.G.A

~~EXAM-T 90 TWO~~

וְאֵת שָׁמֶן וְאֵת שָׁמֶן כִּי תַּעֲשֶׂה בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְאֵת שָׁמֶן וְאֵת שָׁמֶן

Chlorophyll a fluorescence and its relationship to photosynthesis

וְאֶת־עַמּוֹתָיו וְאֶת־בְּנֵי־עֲמָקָם אֲשֶׁר־בָּאָה

如是等事，皆是人間所不知者。故曰：「人間事也。」

Unconscious control of behavior in children.

Chrysanthemum coronarium (L.) Gray

AD ROBERTVM
CARDINALEM
BELLARMINVM.



Non quòd prima parens tellus Hetrusca mitra-
 Te tulerit, mitris teq; propago nitens,
 Hetruscus Clemens Romano vestij ostro
 Te, Roberte, sui motus honore soli,
 Sed quia virtuti digni debentur honores,
 Est & præcipuum Principis illud opus.
 Romanæ plus ipse rei nunc vñus in Orbe
 Præstas, quād cunctus præstítit antè labor.
 Ecce tuo prostrata pedi iacet hæresis omnis,
 Deberet quævis palma parare decus.
 Non satis omnis honos, non ipsum culmen hono-
 Prò patuo in Cœlo nil tibi cuncta loco.




AD EVNDEM MOX CAPVAE
Archiepiscopatu, & Diui Bene-
dicti Ecclesia auctum.




Roma tenet primū, tenuit Carthago secundū,
 Tertius est Capuæ scriptus in Orbe locus.
 Punica præterit, Romana potentia durat,
 Campanæ superest pars preciosa rei.
 Quis negat hoc demens ? magnæ Carthaginis vrbē
 In nostram transit iure seundus honor.
 Iure secundus honor nobis debetur ; eandem
 Agnoscent matrem Romulos, atq; Capis .
 Quòd te Roma suō decoratum murice rebus
 Ditet Campanis, augeat inq; dies,
 Hoc ideo duco factum, quòd censuit inter
 Purpureos Patres præcipuum' esse Patrem .
 Hoc modò largitur: secum daret ornalia; nouit,
 Ornaret dignum quem diadema triplex .


A D E V N D E M .




Fvlcibas Capuam præsens, Roberte, fabantem,
 Sperabas firmam reddere posse diem.
Quis te non timuit nobis absente ruinam?
 En absens præstas omnia: mirus amor.
Id successoris munus vigilantia magni
 Persoluit, dignum quem legis ipse virum.
Felicis Capuae Vulturnus mœnia nostræ
 Dum lauet, & latos ciuis arabit agros,
Campano ex animo nunquam Robertus abibit
 Et quis Roberti non monumenta videt?



102
AD. MARIVM COSCIAM
Montis Alcinoi Episcopum.




Non quòd Burghesix sis carus, Coseia, génti,
Quos rerum dòminos Orbis in Vrbe colit,
Non quòd Senensis lumen sis Vrbis amatæ,
Sceptrifero natum sanguine Parthenopes,
Sanguis Romanas qui quondam rexit habenas,
Pròq; suo gessit Purpura bella Petro,
Insigni Quintus mitra te Paulus honestat,
Hetrusciq; Vrbi præficit Alcinoi,
Sed quia doctrina fulges, pietateq; magna,
Atq; videt vitam non minus innocuam.
Non par honos; humili magni facis attamen illum;
Promissa in Cœlo sunt preciosa tibi.




AD ANGELVM ACCIARIAM
 Sancti Benedicti Capuz
 Abbatem.



Q Vanquam lata tibi pater ad virtutis honores,
 Angele, maiorum strata labore via,
 Ipse tamen tanta præstas virtute, malignum
 Ut possis etiam pandere solus iter.
 Conuenit ætati, quæ fulges, infula prima,
 Magna quidem, mēritis infula parua tamen.
 Pontificum sanguis, Lucumonum sanguis honestus
 Haud vñquam, haud vsquam degener esse potes.
 Te maiora manent. quod maius, Purpura dicit,
 Qua nihil Vrbs videt maius, habetq; nihil



AD ANTONIVM RIDOL-
sum Cubic. Apost.




V Squè, Ridolfe, tui quò funus flebis amati
 Sanctorij? propriam dicas, habesq; vicem?
Esto, Ostrum princeps, Romano culmine dignum,
 Atq; tui cupidum perdis, in Orbe potens,
 Vulnera p̄nō nostro tamen est sanabile vulnus;
 Heū poterit quandō noster abire dolor
 Ipse oculis ferris totius in Vrbis, & Orbis,
 Purpura cuncta cupit, Purpura cuncta petit.
 Eccē suo Quintus, dignissima cura, cubiclo
 Admittit Paulus, qui vocat, antē probat.
 Est fidei, Ridolfe, tuā sibi signere fructus
 Tales, expectat munera clara magis .



11

M A D L E P I D V M M A C C A -
brunum Capuæ Vic. Senen-
sem Decanum .



Dicuntur Capuam Tufci fundasse coloni,
Tusco datq; Capiſ auspice nomen auis;
Huc te cum Senz mittant Lucumonibus oreum,
Auspicijs Capuam qui moderere tuis,
Hetrusci patres Capuam redijſſe videntur,
Ciuijbus & priscum restituisse decus .
Maccabruna, boni ſiquid miraris in Vrbe
Naſtra ; eſt à Tufcis res oriūda tuis .
Si veteres verò mores offendis hūmatos ,
Vir bonus in lucem ſat reuocare potes .
Eſt fundare Vrbes magnum, reparareq; magnum ,
Aſt animos; quoquis iudice, maiſs opus .



AD PETRVM GVIDOTTVM
 Cardinalis Bellarmini domus
 Magistrum.



R. Oberti, Vidotte, domus mens cana pudicæ,
 Præcipuo statui quem mihi amore colo;
 Non quia te tanto Heroi non carior ullus;
 Sed quoniam, tantis pendat ut ille, meres.
 Quem facit is tanti concedat ut omnia soli,
 Et meritò, sapiens, & bonus æqua petis.
 Quem Domino mitto communi, admitte libellum,
 Da vacuum, nosti tempora, adire virum.
 Commemoraq; fidem, qua sum cōplexus ab annis,
 Cum primū nostris fulserit in tenebris.
 Cuncta mihi desunt; cupio nihil; impetrasse videbor,
 Si mēmōr ille leget; vel mēmōr ipse leges.



AD ANTONIVM DOCTVM
Cardinalis Bellamini
à Secretis.




DOCTUS es, idcirco docto benè conuenit vna
 Cum Bellamino tam tibi, Docte, tuo.
DOCTUS es, idcirco casto benè conuenit vna
 Cum Bellarmino, tam tibi, Docte, tuo.
DOCTUS es, idcirco puro benè conuenit vna
 Cum Bellarmino tam tibi, Docte, tuo.
DOCTUS es ipse, pio idcirco benè conuenit vna
 Cum Bellarmino tam tibi, Docte, tuo.
DOCTUS, quidquid habet lecti sapientia fructus
 Est in te, & cunctos flammat amore tui.
LECTUS es arcanis ex cunctis Principis unus,
 Te dignè exciperet nullus in Orbe magis.



148

AD V G O L I N V M
Perbenedictum.



P Erbenedicte, tuꝝ clarissima palluit ergo
Purpura gentis honos, & lacerata iacet?
Illum Apœnini duris è cautibus Vmbrum
Dicam ortum, qui non & sua damna putet.
Non sumus expertes studiosi, crede, doloris
Campani, & nostram ducimus esse vicem.
Nominis hæredem tantum superesse nepotem
Gaudemus, per quem sponte resurget honos.
Quòd Bellarmino sis tu commissus amanti,
Tantum est, ut possint cuncta patere tibi.



SVMMORVM PONTIFICVM,
qui auctoris tempestate fuerunt,
Epith.

PII V. PONT. MAX. EPITH.

Crede Pium in Cœlo exaltatū à funere Quietū,
 Atq; in conspectu crede sedere Dei,

Quem Deus ipse loco in terris in sede locauit
 Ex humili summa, cuiq; charisma dedit.

Othomanām classem confregit mente precanti,
 Victoresq; procul nuntiat esse Pios.

Monstra potestate fretus fugat infera , pars hic
 Terrea cœlesti fragrat honore cinis.

GREGORII XIII.

Per cunctos ascendō gradus ad culmen hot orū,
 Desuper est sanctæ cui data summa rei.

Fundo Scholas Rōmæ, toto fundantur & Orbe ,
 Religio vndē cadens posset habere manum .

Orbis Iappo nouus CHRISTVM cōplexus in Vrbē
 Ad me legatos mittit, habetq; Patrem.

Esse locum in Cœlo dignum illi crede, supernas
 Qui largus cunctis tam reserauit opes.

S I X T I V.

AVgusto haud impar iacet hoc sub marmore Si-
Quæ res exigeret publica, vota viri. (stus,

Templa, ædesq; sacras, obeliscos, mœnia, fontes
Restituit, Petri est culmen adeptæ domus.

Auxit Romanam classem', congescit & aurum,
Concipiens animo maxima præripitur.

Tu, quicunq; tibi promittis multa, resiste,
Montes mors altos vertere dura potest.

V R B A N I VII.

VRbanum perdens natum patremq; virumq;
Vno Vrbanus erat tempore cunctus amor,

Roma suum perdit . nimium crudelia fata,
Si, simulac sperat, linquitur orba, frus.

At quoniam lacrymis ullis, ulloq; dolore
Prosequitur funus non valet vna triplex,

Hic tumulat. matrem, natam, sponsamq; sepultam
Crede simul, fecit nec satis illa sibi.

INNO-

INNOCENTII VII.

Quod noceat dixere nucem, mala frugibus vmbra.
Extrema inuisam margine fundus habet. (bra.)

At me, quæ nulli nocui, dixere Quirites
Innocuam, dantes in media Vrbe locum.

Profui ut hic multis, trasfert cælestis in hortum
Me citò cælestem dignius Agricola.

Hic vix vmbra filet, vestigia nulla supersunt,
Es nullus quodus culmen honoris, homo.

GREGORII XIII.


QVAM nitebatur spoliare, & sternere ventus,
Et vento semper firmior arbor erat,
Spota annosa cadit nunc tandem, vertice postquam
Alta suo retigit, sustinuitq; polos.

Aret tota intus, reuirescer tota, senectam

Exuet, in Cælo, vis ubi nulla, viget.

CLEMENTIS OCTAVI.

Octauus Clemens, quo non felicius alter
 Terrarum Petri rexit in orbe Ratem,
 Maiestatis erat cuius vix terra verendæ
 Tota capax iacet hic; conderet vrna minor.
 Nullus obest aquilo, clavum fauet aura tenenti,
 Oppida sunt armis multa recepta sacris:
 In Cœli pôrtu quoq; crede sedere beatum,
 Principium superæ vita serena fuit;



EPITH. OCTAVII CARD.

Aquiuui Neap. Archiep.

Absortum siccis Aquiuuum faucibus Orci
 Ne credas, vix hic hydria fracta iacet.
 Ad superas ascendit aquas. hic enitet inter
 Sydera felici clarior Eridano
 Viuo quâ fluuio defluxit, hic alueus, hospes;
 Hic rectâ ad superas te quoq; ducet aquas.
 Non fallit sanguis, didicit qui occubere CHRISTO,
 Quò Roinana magis Purputa? Mitra magis:-

FINIS.

I O. C A R O L I
M O R E L L I
C A M P A N I
Sacri Hymni.



N E A P O L I,

Apud Ioannem Iacobum Carlinum.
M. D. C. X. III.

І. О. П. А. З.
• З. І. Г. Я. О. М.
І. Н. А. Н. А. В.
І. А. Н. А. Н. А. В.



І. О. П. А. З.
І. А. Н. А. Н. А. В.

І. А. Н. А. Н. А. В.
І. А. Н. А. Н. А. В.

ANTONIO CAIETANO
CAPVAE ARCHIEP.

APOSTOLICOQ. IN HISPANIIS
Nuncio Patrono suo



IO. CAROLVS MORELLVS S.

NON iniuria Christiani poetae accusari videntur, qui cum vastissimum, profundissimumq; nostra veritatis pelagus habeat, idemq; tutissimum, unde omne honestas Poetarum genus expiscari licet, in nugis, fabulis, mendacijq; non sine animarum periculo, bonorumq; morum corruptela versari malint. Multo magis y reprobandi, qui vel sacris iniciati, vel in claustris sub certo viuendi instituto degenes, quotidie sacros libros in manu habentes, sacrisq; templis deseruientes, quae sua sanctae sunt sortis auersantes ad profana, ac leuisa animum

adiungunt. Quamquam ipse vix à limine, ut
 aiunt, Musas salutauit, tamen, non ut culpam,
 si inanis amplexus essem, fugerem, verum ut &
 fide, quam profiteor, Christiana, & ordine, quo
 sum insignitus, Ecclesiastico digna faciens mea
 pietatis satisfacerem, hymnographia sum oblecta-
 sus. In lucem edere non nihil decreui; non quod
 eo in genere mihi placeam, sed quia Dei laudes
 perire nolo, quem nec ipsi quidem superni spi-
 ritus in Cœlo satis canunt. Illud non me præterit,
 nisi mortalibus mea arriserint, quod non me mo-
 ueret, ipsi immortali Deo, cuius causa laborauit,
 quodq; unum egi, mentem, voluntatemq; meam
 suscipienti placitura. Præterea si iocularia,
 ceteraque eius generis leuia in hominum mani-
 bus esse videmus, quare serua, sanctaque peni-
 gus explodi arbitrari debemus & explodant om-
 nes, aut plerique, aut pauci mei tantum causa,
 non vereor, quin amplitudini tuae, qui in tuo
 nostram in Capuam aduentu mea & audire, &
 legere, que tua fuit humanitas, non es dedigna-
 sus, que ex eodem animo perfecta sunt, etiam
 que sensper eadem erit humanitas, sint grata
 futura. Tuo nominis propria seruauit: milio,
 acci-

accipit, lege, accipies, qui me bonore honesto-
sum voluisti; leges, qui pia, atq; grauia euulgare
consuesti; cumq; hymnis, qui diuinis propè laudi-
bus es dignus, qua missuram accipe, & le-
ge; meq; ut cœpisti, amare perge. Neapolis obBano
Cal. Septem. M. DC XIII.


MINCENITAS MORFÍAS.

• 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400.

A D A N T O N I V M
C A I E T A N V M
C A P V A E A R C H I E P I S C O P V M,
 & Apost. in Hispania Nuncium,
 Dominum suum

VINCENTIVS MORELLVS.

Rheni, Heros, nuper, magnis nunc rebus Iberis
 A Tybri prudens Princeps missæ suis,
 Romulidum sanguis princeps, notissimus Orbi,
 Et Capua princeps tradita Mitra mea,
 Materiæ causa placet ut plerumq; numisma,
 Qualiscumq; manus nec mouet artificis,
 Sic argumenti debes non spernere missa,
 Non animum debent plura mouere tuum.
 Sit Caetano satis hoc; optasset Homeri
 Diuinum, aut Orphei Carolus ingenium.
 Ergo Alpes trans ite, Hymni, trans ite Pyrenem,
 Elatibaud Princeps ille supercilijs.



HYMNI SACRI.

PATRI DEO OPT. MAX.

H Y M N.

Verum Principium cano, quod unum,
Vnum non aliundē, & vndē cuncta:
Dico Principium Patrem, parentes
Quem nulli genuere, qui nec vñquam
Cœpit gignere, desijc nec vñquam.
Immensum venerare tam Parentem;
Mortalis, vñerare tam potentem;
Imam nosco tuam indē paruitatem,
Natus non aliter fores, parenſq;.

FILIO DEO OPT. MAX.

Per quam cuncta Deus creat benignus,
Per quam idem reparatq;, perficitq;;
Per quam cognitione prædicauit
Se plena, & reſerauit, efficacem
Te, Fili, Sapientiam fatemur.
Clamat Vnigenam, colunt, videntq;;
Vidisse ac genitum negant vel astra.
Proles cum Patre sempiterna, Proles
Patris gloria, numen vnum, idemque.

SPIRITVS SANCTO DEO OPT. MAX.

TE spirant simul, Aura lenis, antè
Omne ætum Genitorq; Filiusq;
Si s; quamvis alius, tamen videndum.
Non te das aliud; Bonus, Potensq;
Cuncta vna, Sapiensq; condidisti. V
Qui Patrem, Genitumq; nectit arcta
Æternum charitate, mutuaquæ, siq; dico,
Is tu magnus Amor, fons es ignis,
Vinclum cuncta ligans, dator bonorum.

D E V S C R E A V I T O M N I A; E T D E I O M N I A
plena, præcuius magnitudine ea sunt, ambi
tumquam nondimittit non autem

Quidquid Atlas falcit stellati vertice, quid-
Estq; leuis circum, sub pede vtroq; grauis,
Omnipotentis opus Verbi, vastissima moles. q
Plena sui Artificis, nec caput, arcta domus.
Infusum quidquidi, pars est immensa, quid illud
Vnde fluit? gyrum concipit ipse suum.
Es cunctis cum rebus, Homo, turpunctus in illo,
Præsentem obserua, sis ubi cunq;, Deum.

I E S U N A S C E N T I H Y M N V S.

TE nascente, Puer divini semen, Amoris
Ima nouo resonant, nè dum cœlestia cantu.

Quæ

Quæ soleat esse suis tenebris nox horrida terris,
 Lumine læta micat radianti, mira nouoq;
 Amissumq; decus mortali bus omne recuperit.
 Non secus auricomō Phœbo nascente, volucrum
 Omnia læta sonant cantu, procul ausugit vmbra,
 Obscurisq; sui rebus redduntur honores.
 Clarius at tantò claris nox illa diebus,
 Harmonia & quavis concentus dulcior ille;
 Quantò Sol oriens es tu veracior, vndē
 Perpetuum astra suum capiunt lumenq;, sonūq;
 Es, cuius Mundum facies illuminat omnem,
 Et veluti Cytharā tenet omnem dexterā Mundū.

CVM A MAGIS ADORARETVR.

Ipsæ Dei æterni sis quamuis vnica proles,
 In præsepe tamen nasceris, atq; iaces?
 Infantem, nudum, infirmum, solumq; repertis.
 En Reges humili conditione colunt.
 Quæ Nabathæi parit regio, tibi munera donant,
 Thus, aurum, myrram, numine digna tuo.
 Cur? aliud credunt, quam cernunt. mente penetrat,
 Maiestate vident intus adesse Deum.

CVM IN TEMPLO SISTERETVR.

Puerulus, ignotusq; tuo tu sisteris ergo,
 Dum nutu regis omnia, templo?

Non tamen ignotus Simeoni ; clamat, in vlnis.
 Cum te numine plenus haberet .
 Suspirate diu , patribus promisseq; nostris,
 Cunctorumq; salus populorum ;
 Deliræ genti demissum lumen ab alto,
 Nostri gloria , solaq; Iudea .
 Viderunt CHRISTVM Domini mea lumina tandem,
 Me dimitte mihi quoq; missus .
 Magna Parés, quæ magna sinu modò gaudia seruas,
 Serua te manet ensis acutus .
 Hæc Vates credit genitrix ; tamen occupat antè
 Spes immensa , manetq; timorem .

CVM INTER LEGIS PERITOS

reperiatur.

VT Patri morem gereres, qui mittit , I E S U ,
 A matre tres dies abes ?
 Quæ loca non adjit ? vel quem non illa rogauit ?
 Quæ non timebat vnico ?
 Eccè inter legum tandem reperire peritos .
 Et differentem te audiunt .
 Te, qui condideras leges , Sapientia summa,
 Coram Ordo totus obstupebit ! I T V I M V O
 Non stupet ipsa Parens , quæ te sat nouerat una ,
 Omni sed arcta gaudio .
 Cum

CVM SE TRANSFIGVRASSET.

Multa horrenda nimis, iam, iam pendentia
 De se, de Socijs dixerat ante suis; **(CHRISTVS)**
 Ut firmi maneant, munit, mutare figuram
 Cernitur his coram, se reseratq; Deum.
 Induitur Solem facies, nix candida vestis,
 Ex alto signum datq; probatq; Pater.
 Ut Deus aspectu patuit, stupuere: caditq;
 Cum socijs habitus dignus honore Petrus.
 En fit firma fides, en spes fidentior: illum
 Sectantur fortés per malā cuncta ducem.

CVM LAZARVM A MORTE
 reuocaret.

Clauserat extremam vitæ iam Lazarus horam,
 Pars Orco heu melior, tu tua, Terra, voras.
 Humanam luget sortem concussus amicus
 CHRISTVS, adest, & opem fert pius hospitibus.
 Quæ iam putebant, dat viuida membra sepulcrum,
 Accersita Orci est faucibus ast anima.
 Obstupuit Natura; tuum cognosce parentem,
 Alma parens, facit hoc, qui Deus omnipotens.
 At tremit, ignotus cui CHRISTVS venerat, Orcus,
 Insanit, maius augurat indè malum.

IN VLTIMA CÖENA.

Verbis antè habitis de necis ordine,
 CHRISTVS, de manibus fortiter impijs,
 Palma deg; sua , largior vltimam
 Cœnam nocte dat vltima .
 Quod verbum è nihilo fecerat omnia ,
 Verbo panis eo fit caro, poculumq; fit sanguis,
 Fit sanguis, manibus seq; dat integrum,
 Diuisum licet , omnibus
Hec vos permaneat commemoratio
 Nostri, subsequitur , prouidus vltimum
 Natis quisq; solet sic pater addere
 Donum, quos memores cupit .
Se dans discipulis dat simul omnia ,
 In quo vno facilè sunt simul omnia .
 Munus præcipuum, quò citius queunt ,
 Quæ sunt , deficere omnia .
 Victor quandò dedit dux preciosius
 In terris epulum ? talia præparat ,
 Qui stratus erat cæde potentiam
 Intactam fabaöt Deus .
 Terrestres epulæ, cedite , cedite ,
 Ad mensam veniat, qui sitit , esurit :
 Fit cœlestis homo, si benè sumperit ;
 Et gratis patet omnibus .
 Quæ tantis dapibus tam lyra nobilis
 Vtiquam digna fuit ? sordet; id audeant

Affueti Superi calibus, esseq;
Sat non audeo dicere.

DE SACRAMENTO EVCHAR.

Dum caro fit panis, dum vinum Sanguis IESV,
Verus & hic potus, verus & ille cibus,
Esurio, & siccio; cupiam te semper, I E S V,
Non aliud potum, non aliudq; cibum.
Terrestres vos ite epulz, queis corpora pinguent,
Et macrent animæ, te fruar ipse dapc.

I D E M.

Quem via tam lassat, terret tam dura, viator,
Ec cupis in patriam qui remeare tuam,
Quæ recreat vires, lautè modò mensa paratur,
Vndè tibi gratis sumere cuncta licet.
Ipse tuus CHRISTVS verus potusq;, cibusq; est,
Non alio auxilio conficietur iter.

CVM CHRISTVS FLAGELLIS CÆDERETVR.

Turbæ insultanti, ardebat, quo fortis IESVS,
Dicitur his verbis esse locutus Amor,
Vincula necē mihi, totum me cæde flagellis,
Omnibus opprobrijs affice, trade neci.
Hinc tibi libertas, virtus, decus, atq; perennis
Vita, infracta tua naua operam ergo rei.

C V M

CVM IN CRUCE ESSET.

SOL Cœli decus vnicum,
 Qui terræ penetras inuia viscera,
 Ne dum, quæ patet vndiquè,
 Nunquam deficiens lumine lumenas;
Quæ nox tam cœta, densaq;
 Terris incubabit? Sydera comprimit?
 Cur sic deficis omnibus,
 Cum debes radios mittere maximè?
Stridens cūr, Mare, fluctibus,
 Iam dudum placidum, percutis æthera?
 Cur firmissima contremis,
 Tellus, & quateris? quæ violentia
 Moles tanta valet scindere montium?
Cur luget fera? cur auis?
 Casus terrefacit quis nouus omnia?
 Noctem perpetuam timent?
 Aut Mundi potius machina soluitur?
Auctorem, Dominum, ac Deum,
 Sat Natura suum nouit; vt affici
 Diro, pròh, crucis aspicit
 Illum supplicio, sic pia filia.
 Luget, sic dolet, apparat
 Et sic exequias vndiq; lugubres.
Monstrum solus homo impium,
 Quem seruare pius venerat, accipis
 Donum gratus ita? heu negas,

Cun-

Cunctis opprobrijs afficis, opprimis.
O Saltēm resipisceres,
Nec post dura fores funera durior.

CVM A M O R T V I S R E S V R R E X I S S E T.

Signant Sepulcrum perfidi
Cinguntquē multo milite,
Quām res ut esset maxima,
Tām diligens custodia.
Tu, CHRISTE, qui iam exiueras
E ventre clauso Virginis,
Exire claustro marmoris
Idem potes diuinitus.

Regem suūn, Cœli, æquoris
Non ipsa Tellus claudere
Vult, aut potest, en contrémens
Mirtis foras firmissimum.
Quid miles audes ensifer?
Coram paues, & concidis,
Coram tu eodem concidis,
Paulò antè qui te strauerat.

O Stulta gens, & impia,
Hec est colubri semita,
Hic est lapis, quæ carmine
Iam Salomon prædixerat,

DE ORTV, ET OBITV CHRISTI.

TE nascente, diem dixisse lumine noctem,
Tt tenebris noctem, te moriente, diem.
Sic oriens radijs terras illuminat omnes,
Sic terras vmbbris nigrat Apollo cadens.
Splendidior sed eò claris nox illa diebus,
Nigrior & nigris noctibus illa dies.
Quò tu Sol oriens, & cedens maior, I E S V,
Vndè suum astra solent sumere lumen, eras.
Miratur lucem, tenebras miratur & Orbis,
Hac vice digna tuo Numine signa dabas.

CHRISTO IN COELVM ASCENDENTI.

TOt spolijs tot seclorum, quibus imā erant su-
Plutonis atri regna, CHRISTVS, alta
Cum veheretur onustus victor adastra nube, plagi
Et quinq, clarus, tinctus & cruore,
Ordine Cœlicolum lōgo chorus obuiam fit omnis,
Cœpitq; cantu sic procul canoro.
Mittere Terra Ducē tantū valet? & quis ille? tantus
Et quis triumphus? copiæq; tantæ?
Tingere tam radians ostrū potis atra Terra? nostri
Ignes coruscant quo minus superni?
Omnipotētis adest Natus Patris. Hic Deus caducos
Indutus artus & vicem Draconem
Despoliare valet victum, ligat, arctat in profundo
Non

Non ante tacitum Tartaro catenis.

Quæ modò rasa caput circum pia turba, Ditis illa
Indigna nuper præda, nunc beata.

Cädida vestis erat: tinxit Ducis ipse sanguis: omnis
Effusus; omnem quæm sitiuit hostis.

Vndiq, dilacerat cæcus furor: audet hoc amicus,
Pectus, manusq; perforat, pedesq;

Accipit indignus dirè modus omnis, afficitq;
Perfert hic omnes fortiter dolores.

Quod genus ergò nouum palmæ? cädit, atq; vincit.
Illam sequentur? quot manet corona?

(ò quot
Redditur hinc homini priscu decus, & colet beatas
Sedes rebellum liber, ante seruus.

Ergò trophæa subi felix. tibi fabricat superna
Quæ gemma, singit res tuae q; gestas.

Talia cum canerent, cantu simul æther & sonaret,
Regem salutant cuncta transeunte.

Præcedit signum victrix: subit en Tonantis altam
Immensus arcem: figit arma: grates,

Votaq; persoluit pronus: modò stat, sedensq; tandem
Seruat coævus dexteram Parentis.

DE EXTREMO MUNDI IVDICIO.

I Am mala, iam stupidas vexabant omnia gentes,
Iam scelus in culmen venerat omne suum,
Cum subito ex alto sonuerunt classica Cœlo,
Quam rem terribilem, quam cecinere nouam.

I Audijt

Audijt, atq; tr̄emic Tellus, quos antē vorarat,

Euomit, & rerum percipit exitium.

Stat cinis induitus rediuiuos protinus artus,

Nec sibi terra satis, nec sibi credit homo.

Protinus æthereo stant coram Iudice, protinus

Iudicium res est ipsa secuta suum.

Accipit alta pios domus, attrahit ima superbos,

Fletibus ima sonant, cantibus alta sonant.

MARIÆ NASCENTI.

Actor ut humano generi, Deus isq;, faueret,

Quod locat in magnis, quæ sunt Oriëtis in horto,

Delicijs, cui dat legem munimen amoris,

Omnia principio complebat gratia, Cœlum

Omnia mittebat largum sua munera terris.

Infelix, capitur subita ambitione, superbit,

Non audit Dominum, inuidioso obtéperat hosti,

Et secum æterna confudit morte nepotes.

Clauditur en Cœlum, plenus qui nuper, inanis.

Fit Mundus, terrisq; cohors inopina malorum

Incubuere, graduq; suo turbamur ab alto.

Tu, Virgo, paritura Deum, non tacta parentum

Peste, humilis nascens, donis donata supernis

Omniibus, una iram placas, atq; omnis partu

Conçito nobis reparas perfectius hoste.

CVM AB ANGELO NVNCIARETVR.

Vidi pudicis in penetralibus
 Vri supremo sœpè suo Deo
 Sic Dauidis Regis puellam,
 Esset ut ignis, & vnuſ omnis.
Vidi fruentem denique a moribus,
 Cùm maximè ignis mutuuſ yreret,
 Vidi suo nupsisse Amori,
 Nuncius inter erat Michael.
Me, Ille Altus, inquit, quo nihil altius,
 Cognouit vnam te quia humillima n.,
 Ut sponsa fias alta, mittit,
 Inuiolata Deum datura.
Vidi annuentis numine protinus
 Impleta sancto viscera Virginis.
 Natura causas quærit altas,
 Vim paciente pudore nullam.
Cœlo sereno tunc Pater intonat,
 Monstrat propinquum fulmine filium
 Læuo, audiunt, quos magnus ambic
 Oceanus, noua, & indè sperant.
Felix, honores quæ reperis tuis
 Tantos, remotos quos humiliſ putas esse eis.
 Quam tu vocas matrem beatam
 Illa inopina ades inter omnes.

CARMEN Nuptiale.

AD Cœlum, pueri, tollite laudibus
 Regales thalamos, tollite, Virgines.
 Iosepho Mariam vni
 Dignè ducere contigit.
Quæ nigris oculis, quæ coma & aurea,
 Quæ vultu rōseo, pectore lacteo.
 Præstat, atq; pudico,
 Hanc omnes meritò petunt.
Castam, Dauidicam nubere dispari
 Non fert omnipotens ipse viro Pater,
 Casto, Dauidicoquè
 Spondet, mirus & indicat.
Felices animi, quos ligat vnitas,
 O quos concipitis, fertis, & editis
 Partus mente, ligauit
 Quos non copula corporum.
Huc, huc, ò pueri, huc currите virgines,
 Ignem ferte, & aquam, quos noua tangere
 Possit Sponsa, facesquè
 Quinque accendite, pergitte,
Et cantu, & fidibus nunc penetralia
 Lætis alta sonent, fundite floribus,
 Exercete chorosquè
 Dignos Virgine, genteq;
Cessate, ò iuuenes, talia dedecent;
 Adiunt Coelicolæ, cedite, dignius

More

More alto celebrantes
Nostras cernite nuptias.

CVM VISERET ELISABETH.

ONUNQUAM ausa domo egredi,
Quò tam manè? mane: quò properas? decent
Castam, & Regibus editam,
Qui stipent comites vndiq; plurimi.
Audi. te moueant pij

Serui verba, mane. perge, agè, iter tuum.
Nosco quām tua celsitas

Ima, & quos comites plena habeas Deo.
Ibat solaquè, tutaque,
Et quæ tuta magis, vel comitatio?

Austro surdior, ocior,
Et terris Zephyro munificentior.

GAUDET sub pede candido

Tellus, fertq; niues liliæ, purpuram,

Vincentesq; rosas: redit

Antiquum omne decus collibus aridis:

Arbor tollit amabilem

Non ingrata comam, quæ prius horrida

Quò Virgo sua lumina

Vertit, diffugiunt vndiq; nubila

Vernant cuncta, canunt aves

Aspectus Dominæ tam fauet omnibus.

Aduentantem ut Elisabeth

Sentit, læta domum præparat hospita;

Occurrit, procul incipit.

Ad me, quæ Dominum fert vtero meum? ò
Semper Virgo humilis; dōmūs

Non hæc, alta decet Regia . gaudio vt
Infans, quem fero, iubilat

Afflata hæc Senior numine prædicat.

Audit Virgo, humilis tacet

Dant collo subitò bracchia mutuò;
Figunt oscula caraquè.

Quæ verò Puéri, qualia, quantaq;
Inter se referunt? sum,

Præcursor Dominum quām benè & accipit?

Felices vteri, quibus

Solis ferre datur pignora, gaudia.

MARIÆ MIRÆ MATRI, MIRÆQ; FILIÆ.

Te, Maria, satam sanguine regio
Dicunt, ipsa tamen semine concipis
Diuino: genitrix tē tua gaudio
Cum magno peperit, dira guerperi
Te verò tetigit nulla molestia.
Cœtus fœminei tu decus ederis,
Edis sola virum tu decus omnium.
Quòd sis mira parens, miraq; filia,
Non mirum: genuit te quoniam Deus
Immensus Pater, & numine Filius.

Amor

Amor, quo Maria CHRISTVM prosequit, præstat)
Mortaliū amori, Mariæ autē amori Dei amor.)

CLarus & sceptro, & pietate Vates,
Vt nouum possim celebrare amorem.
Adsit, & sacram citharam, & furorem
Mittat ab alto.

Ergo complecti sboleū parentes
Quo solent multam faciles amore,
Pignus amborum quoniam sit vnum,
Sanguis & vnum,
Hoc tuum totō genitrix amore
Vnicum natum colis ipsa in Orbe,
Quem tua tantum tibi gignis uno
Sanguine virgo.

Nata, qua feruet pietate patrem
In suum, ferues pietate eadē
In tuum natum, tuus is creator,
Quem genuisti.

Diligit quantum dominum pudicum
Sponsa, tu tantum, bona Virgo, eundem
Filiū, miro thalamos adiuit

Ordine matris.

Si ferunt fratres oculis forores
In suis, frater tibi natus idem,
Hic Dei Natus, Dei & ipsa nata,
Diligis ergo
Multiplex ergo tuus iste cum sit,
Virgo, amor, tota Deus ac ametur

Et longè melius, pura caro quam tua;
 Gestas letet Dominum, genitrix quæ modò nobilis,
 Esse exigui, vel potius tu sine nomine:
 Nullum progenies magna decus ferret, inutilis.
 Audis omnipotens ipsa Dei verbum, & humillima
 Seruas serua tui, sicq; places, ut sibi iungeret.

MARIA SUPERAT MARTYRES.

Indignos manibus tractari Virginis arcus
 Non excarnificat carnificina sacros.
 Perforat ast animum ferro crudelior omni,
 Feruidiorq; omni concremat igne dolor.
 Quis tibi tunc sensus cernenti mater, amansq;
 Insontis nati maxima supplicia
 Dignior est animus fragili quo corpore diuus.
 Es magno quo quis martyre maior eò.

MARIA DIGNIOR APOSTOLIS, eorumdemq; magistra.

Arcani, Virgo, fueras quæ nullius expers,
 Cunctorum verò conscientia sola satis,
 Ecquis te melius poterat, Sapientia cuius
 Partus erat, Populis CHRISTVM aperire tūm,
 Cœtus Apostolicus tanto non prædicat ore,
 Audit & in multis Cœtus Apostolicus.

DE

DE BEBAT CHRISTVS MATERM
omnibus honestare honoribus, & super
astra exaltare.

MAndata terræ frigida corpora
Quæ vis vorabat, non ea tangere
Audet sepulti membra CHRISTI,
Quia si benè nouerat antè virés.
Audit sepulcrum præterea Ducem,
Quamvis iis intus, claustra adāmantina
Inferna strantem, Ditis audit,
Tergeminiq; canis dolores
Huc deindè opimis cum spolijs adest,
Hinc resurgit pulchrior, acrior,
Dicit beatum tandem eisdem
Vitib; ad superos Triumphum.
Æterna sedes sydera sunt tuō
Hic, Virgo, Nato, quām tua gaudia
Sunt magna? toū Natus Orbem
Conspicit vnde, tenet, regitq;
Sunt quanti honores ipsi etiam tui?
Spēnit sepulcrum corpus item tuū,
Tu spēnis exors inter omnes
Carniuoros Opis vna dentes
Hinc & resurgis pulchrior, arcequè
Dignaris alta, vult ita Filius,
Hic non corona fabulosa
Stelligera decoraris, Alma.

Ergò tu eisdem digna fauoribus,
 Idem decebat te meritò locus ,
 Quæ nata, coniux , mater vna,
 Vna eademq; caro bearis .

MARIÆ NIHIL COMPARARI POTEST.

Dixi, sacra tamen digna satis non cecinit lyra.
 Essent pauca, licet multa: forent, parvula, maxima.
 Te, Virgo, superat, magna, nihil, ni id fuerit Deus.
 Quod nō sit Deus, hoc tu superas inclytā numine;
 Te infra cūcta manēt, vñus at est ipse Deus super.
 Laudes ergò tuas mi liceat claudere deniq;
 Verbo vno eximias . inuenieris talis , vt in choro
 Imo digna mices, quæ parias vna Deum tuum.

DIVO MICHAELI ARCH.

Avreis armis decus, atq; pennis
 Aureis Cœli, Iuuenis Michael ,
 Te decent hymni , mihi nec silendi
 Sunt tui honores .
 Te manu dicunt iniisse pugnam
 Cum rebellanti Superum ferocem ,
 Quis Deo certat sabaoth ? loquatur
 Res bene gesta .

Vnde deturbas gladio superbos,
 Collocas vlnis humiles ibidem ,

Alta pars latos tener hos, at illos

Tartara tristes.

Præpeti penna populos fideles

Sæpè dignaris, tege regna, & Vrbem

Macete virtutis puer. o superna

Gloria Miles,

S. GABRIELI ARCHANG.

I Ma te nupsit, Gabriel, supremæ

Nostra naturæ, thalamique tanti

Particeps Cœlum decorat perenni

Auspice partu.

Quas habet vires tenebrosus aer,

Sternit has CHRISTVS Domini potenter;

Hunc Dei virtus aperis eupitum.

Nuncius orbi.

Quam sit in Cœlo tua gratiosa

Functio, monstrat satis illud, illa

Est in arcano Deus ipse summo.

Maximus vsus.

Te volans circum Superos in unum

Ipse conuertis. Gabriellus ille

Ales, & Regi, Dominaq; carus

Nuntius inter.

R A

RAPHAELI ARCHANG.

Q Vos amat magnus Deus, hos benignus
Afficit plagis, patientur ultra
Non sinit vires, sua, ne cadantq;;,
Bracchia subdit.

Sæpè solamen leuis adfueristi

Missus è Cœlo, Iuuenis Raphael,

Et salus ægris, medicina nè dum,

Subsidiumquè.

Factus est orbus pietate seruus,

Et fide insignis Domino volente,

Tu magis claros oculos iubente

Reddis eodem.

Quòd tuum munus satis indicaret

Hoc opus, nomen melius Raphael,

Quod Dei nobis resonat medelam,

Indicat ipsum.



SACRARVM IN VRBE
 ÆDIVM INSCRIPTIONES.
 BASILICÆ LATERANENSIS
 Seruatori dicatæ.

C vi domus angusta est Tellus, angustius omne
 Est Cœlum, nullo qui capitürq; loco,
 Qui Stygium stravit regem, regnumq; superbū
 Pressit, & humanū liberat indē genus,
 Huic benē stat primū templū. benē ponit in Vrbe
 Principe prima manus, prima sacratq; manus.
 Præsit vbiq; licet, nusquam præsentior. intra,
 Auxilium præsens non aliundē magis.

S. P. E. T. R. I.

M iraris molem, tango quæ Sydera Cœli,
 Cui tota acclinat Roma superba caput?
 Saxa super Petram fundant: altissimus illa
 Mons, non impositus tantus Olympus Athos.
 Altos alta decent. est clauiger Aetheris vnus,
 Ordinis est princeps vnus Apostolici.
 Debeo me multis: verum tibi debeo Monti,
 Siste, Alto, nimium qui potes, atq; facis.

S. PAULI

Quem Tyberina mari de Tusco mittit in Vrbē
 Ostia, cœnosum, siste, viator, iter.
 Clara palus Ephesi tot Regum sumptibus, arte
 Tam longa quondam non fuit artificum.
 Stat Constantini solius munere Magni,
 Et breuis omne potest ædificare dies.
 Tarlensis Diui cernis tu nobile templum,
 Electo egregium conueniebat opus.

S. MARIAE MAIORIS

Fortè per Exquilias qui transis, cōprime gressū,
 Qiam cernis, plena est religione domus.
 Hæc stat Cœlicolum Reginæ Regia, veri
 Sponsa eadem, genitrix est eademq; Dei.
 Cum magis in Cœlo sœuirent ora Leonis,
 Arderentq; immo mœnia tota solo,
 Eligit illa locum, signat niue, surgere temphum
 Mandat, iure omnes maius in Vrbē vocant.

S. SEBASTIANI

EGregius iuuenis primæ dux ille cohortis,
 Maxima Cæsareæ gloria militæ,
 Gente ortus clara. refero quid inania profundit
 Nil, hospes, tituli, si pietate cares.
 Ille Dei Sabaot miles, bene gesta triumpho
 Quem res asciscit denique Cœlicu[m] sistens
 Insignis iaculæ ouicæ di præsider, alnum
 Non vnum seruant antra beata Duce[m].

S. LAV.

S. L A V R E N T I I.

Q Vod tibi restat iter, nullū est, succede, viator,
Qui Tiburtinæ fers malè saxi viæ.

Ille Sacerdotis magni leuita beatus,

Et præfecta, sacræ fida manusq; rei,

Qui factus flammis fuluo preciosior auro,

Igni ardetq; intus viudiore Puer

Præsidet huic templo dignum venerare ministrum,

Et pugilem seruat nobilis arca decus.

S. C R V C I S H I E R V S A L E M.

Q Væ radice domos imalpenetravit ad imas,

Per terras bacchans clausit ibiç, malum;

Quæ superas alto contingens culmine, clausas

Immensas terris & reseravit opes;

Clauditur hic arbor. Solymis Elena beatis

Transtulit, & sanctum nominat inde locum.

Aeternæ fructus, hospes, venerare salutis;

Mortali valuit gignere sola tibi.

S. M A R I Æ P O P U L I.

F Laminia intrasti porta qui tutus in Urbem,

Quam debes, cuius tu modò templo vides.

Crudelis quondam fuerant hic ossa Neronis,

Nux fuit hic saui Dæmonis alta dominus.

Quia mala nocturnus non pertulit inde viator.

Ad Mariæ Populus confugit auxilium.

Audiuit Mater, purgatis omnibus, illis

Gratus opus ponit, deq; favore vocat.

S. MARIÆ ARÆ COELI.

Tot scalis scanfis, respira. respice: circum
Tota tuis oculis maxima Roma subest.
Tarpeium veteres dixerunt nomine saxum,
Hic erat Augusti Regia celsa ducis.
Hinc peteret superum cum fortè superbis honores
Et tellus hominis non foret ipsa capax,
Et CHRISTO, & Matri in Cœlo monstrante Sybilla,
Hæc Cœli, clamat, nostra sit ara domus.

S. MARIÆ ROTUNDÆ.

Miratus longè molem, qui fortè superbam
Accesti proprius, nobiliora vide,
Porticus ampla, tenent Paræ de fronte columnæ,
Aerea porta, bonæ non minus ara manus.
Dæmonibus Cœlum referebat machina spurcis,
Credebant Veteres quos malè Cœlicolas.
Sub Mariæ titulo stat veris deniq; Diuīs,
Illa pudicitiae forma rotunda decet.

S. MARIÆ AD MINERVAM.

Pallada in hoc templo veteres coluerunt Quirites,
Quæ falsò è cerebro credita nata Ioais.
Hic ea nunc Virgo colitur, Sapientia summi
Est vnde orta Patris, magna Maria parens.
Hanc vnam discat, si quis cupit omnia scire,
In terris sapiens hac sine nullus erit.
Tuta sub hæc tantum tutela maxima Roma est;
Deijcier nullo turbine sola potest.

S. MARIAE ANGELORVM.

Hoc in monte olim veteres coluere Quirinum,
Deq; suo dignum Principe nomen habet.
Hic olim calida lauisses molliter artus;
Dicit ad huc thermas nomine posteritas.
Reliquias cernis, visu mirabile, totum,
Quid? si vidisses, cum sibi staret opus?
Aligerat astrorum turbaz modò tecta resarta
Stat Dominæ, fies parior intus homo.

S. MARIAE TRANSTYBERINÆ.

Accepi, paui veterans membra labore
Quæ fractos olim, digna taberna fui.
Vtilior tandem Romanis larga ministro
Sunt quæ opus infirmis, pauperibusq; meis.
Stat CHRISTI magnæ MATRI, quæ cernitur ædis,
Deq; suo dicta est Transtyberina loco.
Hinc oleum effluxit, magno nascente Puello,
Sanctæ Matri Vncti fons meritò ille sacer.

S. MARIAE TRANSPONTINÆ.

Trans quod erat ponte, ut sacrâ pertingeret ar
Indiderat templo nomen inane locus. (cem,
Fosfa, argoq; procul reiecit; transtulit autem,
Qui potuit, proprium dat decus, atq; locum.
Quæ ad vitæ alterius ripam pons traiicit arctam,
Et Superum tutos Regis in arce locat,
Hic veneratur. habes non tu portoria? fide,
Hoc precium, ut tutus traiiciare, cole.

S. MA-

S. MARIAE CAMPi SANCTI.

Hic Sāctus Cāpus, triduo vorat omne cadauer,
Offa vides; solymis terra ex vecta sacris.
Accipit à campo non templum ignobile nōmen;

O quantum decori conuenit illa tuo!
Sanctus es is campus, diuino semine solus

Qui satus es terris gignere digna Deum.
Flos eadem Campi, ac Campi non splendor aliis,

Ni, qui Cœlicolis tempus in omnē viret.

S. MARIAE HORTI AD RIPAM

Tyberis. (altam,

Ad Ripam quām, Virgo, manes benē fluminis
Deq; horto templū quā benē nōmen habet.

Quis magis irriguus te, Virgo, dicitur hortus?

Hortus quisue aliis fert preciosa magis?
Hortus es ille, rigat quem fluminis impetus alti,

Quiq; tulit fructum virginitatis olus.

Præterea tu hortus conclusus diceris. horti

Hesperidum vani, cedite, tuq; vigil.

S. MARIAE MIRACULORVM.

Hanc tabulā suspendo tibi, bona Virgo, fauoris.
Immemor eximij non ego sponte tui.

Quām vellem, quæ mitto, inter miracula Mundi,
Ut tu miraculum diceris. illa forent.

Quæ te mira magis? paries miracula circum

Quæ sacer ostentat perlego, sumq; procul.

Quis in hi me rapuit? rapior. quis ducit in Vrbem?

Iucundum est, quod mihi me rapias.

S. MARIÆ LIBERA NOS A POENIS INFERNI.

Quà te agis ah demes? quò dicit blāda voluptas
Quod facis, est læuum perditionis iter.

Quòd platum, latumq; , nimis te deniq; fallet,

Tartara præcipiti tendit ad ima gradu.

Et reuocare gradum, & superas euadere ad auras

Si cupis, & dextram semper habere viam ,

Ad Dominam diuerte tholi ; contriuit Echidnam

Infernam, nè dum ducere ad alta potest.

S. MARIÆ CAMPPI MARTII.

TArquinio hunc pulso Romanus consecrat agrū
Auctori liber, Martium & indè vocant.

Ante rudes iuuenes exercuit omnis apricus,

Verùm nunc vrbis pars habitata satis.

Ponitur in campo templum, quod cernis, eodem,

Campus & à templo culmen honoris habeat

Martius & mensis, quæ non fastigia tollit?

Ille Deum natum, mortuum & ille videt.

S. MARIÆ DE MONTE COELI.

Quò tenuisse satis terrena videberis usq; ?

Et valles imas quò tenuisse satis ?

Ad Montem, ad Cœlum tandem tua lumina tolle,

Irritent pigros nobiliora pedes.

Quid Monte, & Cœlo dabitur sublimius ? eia,

Scandenti auxilium non dabit vna manus.

Porriget in primis Virgo tibi nostra, quid? illa est

Mons, Cœlumq; via nil tibi restat, habes.

S. M A-

S. MARIA IN VIA LATA.

Illecebras mundi per tot qui curris armati,
Isq;; redisq; viam,lata iuquatq; via,
Non angusta vides præssura, malignaq; post hac?
Siste,miser,possis cum reuocare pedem.
Virgo via in lata consultò occurrit, & ipsa
Quām prius angustum prouida fecit iter?
Consule,rupta prius teneat quām rupis,ab alto
Quod des te,restat,tunc tibi præcipitem.

S. MARIAE LIBERATRICIS.

In quæcunq; maris,terræ pericla,viator
Scit sua,quæ terræ,nauita,quæ mari,
Incideris,fortuna bonis plerunq; nouerca est,
Scire cupis,fias quomodo liber,habes.
Ingrédere hanc,hospes,felicitis Virginis ædem,
Cuncta potest,cuius filius omnipotens.
Illa tibi,rebusq; tuis stat portus,asylum
Fide,ornat totum gratia picta locum.

S. MARIAE CONSOLATIONIS.

Qui vultu ostendis, quem cælas mente dolore,
Spemq; tenes nullam,reijcis & dubiam,
Consolare,tenes,vbi consolatio lata est
Omnis,& omnis abest tristitia vnde procul.
Quæ cunctis populis portauit gaudia Virgo,
Et peperit nullo tacta puerperio,
Præsidet huic ædi.contractam exporrige frontem,,
Diæus ab effectu præcipit ipse locus.

S. MARIAE PLANCTVS.

Si nunquam flesi, & nunquam potuere sinistra
 Ex oculis lacrymas forte ciere tuis,
 Ingredere, inuenies intus, quæ causa ciere
 Est satis ex oculis flumina larga tuis.
 Deflentem insontis crudelia funera Nati
 Inuenies Matrem, teq; mouere potest.
 Si qui causa necis, planctus non flebis in æde,
 Tu saxo durus, ferro, adamante magis.

S. MARIAE ANIMAE.

Quid, mortalis habes, anima preciosius? illa
 In terris similem te facit esse Deo.
 Quæ tibi diuitias non quærunt perdere tantas?
 Insidiaæ circum, Dis, Caro, Mundus agunt.
 Quære patrocinium tutum; non tutius ullum
 Virgine, cui Iudex filius, atq; pater.
 Ad Dominæ procumbe pedes, tutabitur. ecce
 Ut speres, voluit dicier ex anima.

S. MARIAE IN PORTICV.

Porticus hæc magnæ matri sacrata Mariæ,
 Dat nomen templo porticus alta suum.
 Ante Pudicitia templum dixere; ferebant
 Huc olim vanæ sacra prophana Deæ.
 Nomē utrumq; decet Dominam; castissima sola est,
 Porticus est eadē, quæ Salomonis erat.
 Cum Matre, es quisquis, magnum venerare Puellū,
 Insculptum ostentat gemma superna decus.

S. MA-

S. MARIAE ORATIONIS.

ADiustum aspirare Deum diffidis? & obstat,
Inuisum faciant quod male facta reum?
Hanc ora Dominam: Domino carissima summo est;
Non faciles aditus hac habet vlla magis.
Illa preces facilis Domino, modò iusta petantur,
Admittit, precibus subsequiturq; suis.
Ora, exorabis. dedit ædi oratio nomen,
Atq; solet precibus sponte p:cre pijs.

S. MARIAE ANNVENTIATAE.

Hoc magnæ temp!ū Sponsæ posuere Quirites,
Quæ fuit in terris nubere digna Deo.
Quod per connubium nostra est coniuncta supremæ
Natura, estq; inter conciliatus amor.
Connubij si fortè tui te, Virgo, pigere
Nolueris, mores, quos imiteris, habes.
Tunc bene mortali non solum nupta, maneret
Cœlestis thalami sed quoq; magnus honos.

S. MARIAE NOVAE.

Est à principio Virgo, & secla antè creata,
Nostræ ædis præses, sed noua dicta tamen,
Mortales ut mira vocant noua, dicitur illa.
Sic noua, miratus præterea ipse Deus.
Est noua, quam faciunt æternum gaudia tutam,
Et cuius formæ tempora nulla nocent.
Est noua, quæ valuit veterem reparare ruinam.
Et noua fœmineum nobilitare genus.

S. MARIAE PINVS.

NVlla fuit Cybele, Diui nulliq; fuere;
Fingitur at Cybelem progenuisse Deos.
Vnus, & æternus Deus est, constansq; Mariæ,
Fama, eadem veri dicta parensq; Dei.
Ergò tibi meritò pinu cognomen ab alta
Seu tibi consultò, seu tibi sorte datum.
Quantum inter filias effert caput vñica pinus;
Tantum effers inter tu genus vna tuum.

S. MARIAE IN ACQVIRO.

QVæ Maria, acquiro dū præsens pronus adoro
Hac ego sacrata numen in æde tuum?
Gratia thesauri loclupetat multa superni,
Pontificum reserat larga, potensq; manus.
Cum verò pueris latus, Iargusq; relictis
Porrigo, confugium qui petiere tuum,
Illa immensa tui immensi promissio nati,
Cœlesti ut regno perfuar, vna satis.

S. MARIAE LAVRETI.

SI tibi Picenum, quod iactat nobile templum
Non licet, hoc gratum non venerare minus.
Stat Lauretanæ domus hæc fundata Mariæ,
Miræ Orbi Matri stat bene in Vrbe domus.
Quam bene Laureto gaudes cognomine, Virgo,
Et decori Laurus, quam bene sacra tuo?
Es Laurus nunquam folio spoliata virenti,
Es tu expers iræ Laurus & vna Dei.

S. MA-

S. MARIAE MONTIS SERRATI.

Hoc templi templum Serrati montis imago,
Quod iactas templum Tarraco clarum refert.
Cui centum rupes; centumq; facella coronam
Componunt circum, nobile regis opus.
Hoc eadem ponit pietas, ditarq; fauorem
Concedunt eadem numina larga suum.
Quisquis es Hispana natus de gente Sacerdos,
Fac Sacra, suppeditat commoda cuncta potens.

S. MARIAE AD PACIS.

Immanis templi molis mirare ruinas, quidam
Parturiente ruo Virgine, Pacis eram.
Placato Augusti tot magnis orbe triumphis,
Bello alibi clausis, haec patuere fores.
Surrexisse, licet iaceam, sum deniq; visum,
Ut mihi mira fuit proxima facta Parens.
Tu Domina, aeternum stabis, quae maxima terram
Aeterna Cœlo iungere pace potes.

S. MARIAE AD MONTIVM.

Montibus in sanctis tua si fundamina, Virgo,
Siq; tuum Cœlum credimus esse torum,
Has inter valles depingi quomodo passa es?
Et fœnile tuum quomodo passa loci m...?
O humilis, Virgo, semper seu regnet in astris,
Siue sit in terris, vult habitare casas.
Nosco tuam mentem, recoluntur gaudia partis,
Nam fœnum immotum, nam stabulumq; manet.

S.MA-

S. MARIAE NAVICULAE.

TV, qui felici exoptas euadere cursu,
Mundi huius vastum fluctibus Oceanum,
Fidere cui possis, intus manet altera nauis,
Te manet in sacro saxeâ vestibulo.

Aurea tota ratis, contestaq; serica gemmis
Sunt vela; à Cœlo Spiritus Almus agit.

Hanc concende ratem: mundanos negligit austros;
Institor immensas hac rate vexit opes.

S. MARIAE IN VIA.

IN Via habes templum, rectissima Virgo viarū,
Id, quia certa vagos dirigis ipsa pedes.

Carpisti quacunq; viam, vestigia recta,
Vnguenti quiuis tractus odore tui.

Qui te non sequitur, tenebras offendit. ad astra
Quæ sola ascendis, ducere sola potes.

Deūia, Virgo, tibi iugulum dedit hæresis omnis,
Et Bellarmini confodis ense tui.


S. MARIAE MAIORIS CAPVAE
Veteris gratiarum.

Quod centum cernis templum sublime colunis,
Parvus erat magna Virginis antè tholus.

Hoc tenuit Baiana petens Byzantius heros
Infectus lepra balnea nocte solum.

Eccè adsunt mures; mirum. Iambuntq; iacentem,
En surgit mundo corpore manè puer.

Ponit opus gratus. dat nomen gratia templo;
Descendit Superum sanctificare chorus.



S. MARIAE ARCVS AD VESVVIVM.

Nostrorum quondam peccati pœna parentum
Diluuij totum inerserat vnda solum.

Ad nostras animas intrantes usq; nepotum
Demeritis aliæ deniq; nuper aquæ.

Tunc inter Cœlum, Terramq; in nubibus ar cus
Percussi signum fœderis est positus,

Ipsa modò nobis verè Thaumantias Iris
Appares nostri gratia, Virgo, mali.

四

17. **MARIE ARCAZU ALEXANDRE**
D'origine espagnole, elle fut la femme de
Domingo de Guevara, duc de Medinaceli.
Ayant épousé une personne aisée, elle fut
devenue une des personnes les plus riches et
les plus influentes de l'époque. Ses propriétés
étaient très étendues et elle possédait de
grandes propriétés dans le sud de l'Espagne.
Elle fut également une grande collectionneuse
d'art et ses collections sont aujourd'hui exposées
dans plusieurs musées à travers le monde.

四

AD BONIFACIVM
 CAIETANVM
 CARDINALEM
 AMPLISSIMVM.

SI decorat Regum, quam donat maxima Roma
 Janitrix Cœli, purpura sacra domos,
 Magna domus dici, quæ tanto fulget honore,
 Illa potest: maior non semel aucta domus.
 Caietana domus ter maxima: murice vestit
 Ipsa alios, ne dum murice secla micat.
Ecce nouum germen Romano fulgis in ostro,
 Inferior nullis lumine luminibus.
Paruus honos tantis meritis. te summa Quirini
 Iura manent, genti non noua sceptræ tuæ.

AD

Complecti mirè populos benè nostis ab ortu,
Principis ò Romæ ter generosa domus.

Vrbs experta parens, expertus totus & Orbis,
Non Caput charitas cogita magna semel.

Sic volucrum regina fouens mutatur in albus,
Confici turq; suæ prolis amore pari.



Vnde tibi, Antoni , quid cærula fulget in auro?
Debita sunt genti talia signa tuæ.

Vnde tibi gentis Troianæ cærula cursum
Indicat hæc, illæc per maria alta vagum.

Troianas at opes aurum, regnumq; superbum,
Viribus inuidi quod tenuere, docet.

Dilecta cineri Caietæ Troius Vrbem
Aeneas magna condit in Hesperia;

Praeficit huic proceres ; cognomine dicit ab Vrbe
Res bene gesta. tuos quis negat esse patres ?

AD EVNDEM DE BONIFACII

AD EVNDEM DE BONIFACII
Fratri de Fratris purpura gratulatio.

Progenies o cara Deo, dilecta^{q;} semper
 Clauigeris Cœli magni, nunc deniq^z, magno,
 Magna nihil quo maius adhuc viditq^z, tulitq^z
 Roma, ducas magnos repeatat si ab origine, Paulo;
 Progenies dilecta nimis magno^{q;} Philippo
 Magnorum domino regnorū, quem timet Orbis,
 Quemcunq^z Oceanus vastis complectitur vlnis,
 Quæ Cœlum Diuis auges, heroibus Vrbem^z,
 Et mansura tuum seruas per secula nomen,
 Caietana domus tua qui non gaudia gaudet,
 Aut malus haud sentit communia commoda, toti
 Quæ bona gens parias annis voluentibus Orbi,
 Aut malus alterius rebus non gaudet opimis.
 Pauperis, Antoni, ni tædet, carmina Musæ
 Perlege, Parnassi quamuis dicaris honores
 Exhausisse omnes, germano gratulor ostrum.
 Ipse legis quidquid; syncero pectore mitto,
 Et cupio maiora tibi, maioraq^z fratri.

Quis lanam nevit preciosam? texuit equis?
 Tinxit & ardenti quis murice? vestitij equis?
 Hoc totum Virtutis opus, facit omnia Virtus,
 Tradita perquæ manus pergit decorare nepotes
 Terquæ, quaterq^z domas felix, redduntur honores
 Quos alijs dederas mitramq^z, ostrumq^z superbii;
 Haud una es mitra, haud vno spectabilis ostro,

Quæ

Quæ rerum non ostro vnam, mitraq; potita
 Ornasti miris claram virtutibus Vrbem.
 Summe Pater, benedicta prius cui nomen honestū
 Fortè dabant, maius cui mox benefacta dedere,
 Te recolit noster iuuenis. modò purpura fulget,
 Immotumq; manet triplex diadema, verendam
 Quod cingat certo, haud lōgo post tēpore frōtē,
 Ingressus magnus Romanus Bonifacius alter,
 Qui regat, accessit decimus felicior Orbem.
 Hos ego prædixi venturos nuper honores,
 Antoni, magno fratri, cum fortè superbū,
 Quod clari posuere patres pietate potenti
 Cœlicolum Dominæ centum sublime columnis,
 Regis opus, templum per sœcula mulca, metuq;
 Inter seruatum Capuz monumenta vetustæ,
 Tu nouus ingressus Pastor visurus adesses,
 Dicentiq; dares ambas gratissimus aures;
 Regia non vatem decepit purpura, Princeps,
 Ter quoq; veridicum triplex volet ipsa Corona.
 Purpureos inter patres tunc Roma videbit:
 Te, Antoni, & sacri moderantem iura Senatus.
 Tunc caput egregium Tyberina frater ab arce
 Præfectus tollet vigilans, custosq; Quiritum.
 Ipsa velut sidus circum pulcherrima proles
 Collucet clarum rebus melioribus aucta;
 Cum manus Hispani certarit larga Philippi,
 Nil cœstura tibi, Patri, Patruoq; potenti.
 Cur melior, maiorq; tibi pars, Carole, vitæ

Non redit, ut posses aetatem cernere pulchram,
 Qui modò si grator Superis, gratarer & olim;
 Et qui parua modò nō spensis carmina; Princeps,
 Tunc etiam legeres, & forsitan cultior essem.
 Tempore, materiesq; mihi daret ipsa decorem.
 Impos quæ referto mentis? tunc Orbis in Urbem,
 Mecocnas quoniam non vñus fulget in Urbe,
 Altricem vates extremis mittet ab oris
 Vndiq; magniloquos; docti tunc musa Maronis,
 Augusti ad magnos nostri accingetur honores,
 Arfacis æratas vincentem carmine diri
 Nunc canet armatum classes, eademq; togatum
 Nunc canet edentem leges mortalibus æquas.
 Dum Virtutis erit Romæ venerabile nomen,
 Dum venefanda Orbi toti Romana potestas,
 Dum Piscatoris terræ, Cæliq; marisque
 Sacra minas teminet Nauis tutissima Petri,
 Tu stabis, generosa Domus derus Urbis, & Orbis.

AD EVNDEM TURRIS TOPOTHESIS
 A fratre empta ex veteris Capuæ monumētis.
Emissis turrim Capuæ monumenta superbæ,
 Principio turrim non tamen esse putat.
 Ornarunt pinnis proles Aragonia Reges
 Hinc vacui curis cum colvere domum.
 Prospicit & quæ Austrū, & quæ prospicit Arcton o-
 stræctura eiusdem posteritatis opus. (pacam,
 Cin-

Cingitur in morem castris tutissima muro.
 Hostis ab incursu tutaque, saxe fuit.
 Plurima præterea cinguntur iugera, Bacchus
 Queis, Pomona fauer, Flora, Minerua, Ceres.
 Sex dextra cingunt cellæ, totidemque; sinistra,
 Tres habet ima domus, tres habet alta domus.
 Alta tenet medium, quam si quis prospicit aulam,
 Conuexum Cœli dicere, cerno, potest.
 Stat solida fundata super firmissima mole,
 Non firmos montes credimus esse magis.
 Hostilem valuit rabiem superare, diemque;
 Concussit frustra saxeque; terra tremens.
 Materie cocta quadrata educitur astris,
 Prospectus circum, quiq; perenne iuuat.
 Surgit ad occasum medijs in fluctibus alta
 Exilium quondam Pontia dulce Pijs.
 Inarime contra, Prochyteque, vna insula quondam,
 Ostentatque; etiam quod tibi licetus habet.
 Fluminis ad fauces de nomine fluminis urbem,
 Atq; Caselini moenia clara fame,
 Linternumque; viri, qui cum Ioue saxe locutus,
 Africa cui nomen nobile victa dedit.
 Et quæ materiem dat Gallinaria Sexto,
 Magnus ubi ferro dat iugulum Cicero.
 Calcidicas Phæbo claras, Ciceroneque; Cuinas
 Piscofos longo tendere fonte lacus.
 Hinc iacet ex Ortu Campana in monte Caserta,
 Sat Caietanis sanguine iuncta tu:s

In radice suos vicos ostentat amena;
 Irriguos fontes, pomiferumq; nemus.
 Stat Magdalenum contrâ coniunctius illa,
 Non minus Alcinoi nobile delicijs.
 Ecce tibi ex austro Siren Crateris ad vndas
 Auricomum tollit deliciosa caput.
 Dextra tenet Gauru, extinctu modò laua Veseuū,
 Teleboum Capreas prospicit & quoreas.
 Stant aduersa tuz Capuz propè mœnia, fines
 Et proprius dubios Clanius amne rigat.
 Te tandem, Antoni, ad geminos conuerte Triones,
 Tiphata ostentant Osca suas oleas.
 Diruta templa vides castæ in radice Dianæ,
 Pauca supercilio nec monumēta iacent.
 Oreades inter pulcherrima Forma perennes
 Hinc oleri potum larga ministrat aquas.
 Aspice Vulturni sinuosos deniq; cursus
 Cingentis Capuz mœnia multa nouæ.
 Amphitheatra tenes etiam, propriusq; trophæa,
 Antra, theatra manu condita Dædalea.
 Omnia sunt veteris Capuz monumenta. renata
 Respice, de summa Virgine nomen habet.
 Templum augustu, ingens, centum sublime columnis
 Plurima commendat gratia, regis opus.
 Hinc non vna tibi cerni datur area, iussu
 Quæ regum domini pabula mittit equis.
 Larga fauet Cœli terra clementia nostræ,
 Non habet hoc Cœlum Crato salubre magis.
 Quem

Quem priscis dederit Campanis forsitan vsum.

Quæris? non duco prætereunda, lege.

Trunca extant monumēta Iouis, Capitolia quondā,
Excelsæ ò nimium principis Vrbis opes.

Alter ab Augusto per agratis scribitur arcem
Cæsar Campanis antè dicasse Deo.

Transiit à falsis in veros denique Diuos,
Cum iam deficeret vana supersticio.

Æde ministravit Campanus Rufus in illa
Pro Christo fuso sanguine conspicuus.

Aspera Torani iam desere saxa, reuerte,
Quid cum Matthesis frigore, quæro, tibi?

Lethifero qui penè suo combusserat æstu,
Iam Leo delituit, Virgoq; fundit aquas.

Sub Cœlo hic tepido tolerabile frigus, & æstus,
Sat tibi Germani frigora dura soli.

Si decus hinc æuum rapuit, tenuere Coronæ,
Nec tenuisse piget, Pурпura, Mitra domini.

Mitra, Corona, Ostrum redit vno tempore tecum,
Et decus omne redit, vnuſ es omnis honos.

Seteſſus fortasse alter non gratior vſquam est,
Ocia nec Musis nobiliora tuis.

Carus eris cunctis, virtuti carior ipsi:
Si quid adeſt sceleris, cogitat exilium.

Ergo patrocinium nostri priuatius auge.
Sit Carolo, qui te prædicat, eximium.

AD PETRVM CAIETANVM

Sermonetæ DuceM.

Si facit ingenium, si animus, patientia, virtus,
 Disciplina bonum, Dux generose, ducem,
 Non aliud posset, nisi te, Respublica belli,
 Si gestura foret, querere nostra ducem.
 Rebus in Vrbanis eadem te gratia magno
 Comendat populo non minus usq; tuo.
 Romanus verè belliq;, domiq; labores
 Progenitus sanguis ense, togaq; pati.
 Cognita principio prudentia ranta Philippis,
 Symbola sponte chalybs, flamma, silexq; notant.



AD PHILIPPVM CAIE-
tanum in Salernitana prouincia
Prōregem. I I 3

CAietæ in curuo ventosa per æquora vectus

Littore fundauit mœnia clara Lacon,

Dequè loco dicit curuo. caieta Lacones.

Quæ Latium dicit curua, vocasse lego.

Si Caietano generi cognomēn ab Vrbe est,

Si stemma est curuum littus, & vnda tuo,

Quis genus esse negat Spartanum? dicere princeps

Idq; licet, surgunt quo noua tecta duce.

Quando sacrosanctas populis solet edere leges,

Ferreq; quando solet, dicere iura solet,

Sanguinis auctorem non falsus credo Lycurgum.


Ecce tenes; gentis quæ sit origo tuæ.



A D F E L I C E M
S I L I C E V M

T R O I A N V M , C A N V S I I
Præpositum, Capuæ Vicarium,
commendatur eius
vigilantia.

E Silicis venis excussæ insignia flammæ
Lucida si genti sunt, Silicæ, tuæ,
Siquè tuam Troiam Troes fundasse putandum est,
Vndè suum nomen ducit, & vndè decus,
Troius excussit flamas qui primus Achates,
Conijcio auctorem sanguinis esse tui.
symbola clara quidem, quæ sic vigilantia genti.
Non mirum, si te munera magna vocant.



AD ALEXANDRVM
Tuccium.



Ergo vix tandem nostram regressus in Urbem
 Cui fuerat Pastor vix datus antè, tuus
 Longius hinc iterum parat ire Antonius? & tu
 Nunc etiam, Tucci, te sine abesse feres?
 Qui sinè te vidi Germanum, idemq; videbit
 Hispanum? bona pars tu potes esse domi?
 Rem teneo. Regnis hoc Paulus Quintus in amplis
 Indiget ipse, viro te indiget ille domi.
 Hoc satis est Domino. tantum si mente sequaris
 Nunc etiam, cures omnia, ut antè, fide.



AD PHILIPPVM CARRE-
sium Camp.

VIdisti modò Cæsarem sub Arcto,
 Arctos quidquid habet simul superbi;
 Sub sero datur eccè nunc Philippum.
 Cerni Vespere, quidquid atq; iactat
 Magna Hispania. prædicant amici
 Si te propterea tui bearm,,
 Non hoc inuideo tibi, Philippe;
 Caietanus adest tibi inuidendus.
 Præsulis tenet, & tenebit vnum.
 Me desiderium mei videndi ,
 Hunc semper cuperem videre tantum.
 Vno quo mihi si frui liceret,
 Præsentes mihi Cæsarem, Philippum
 Summo cum Patre dicerem Quiritum;
 Vnus prò tribus esset ille tantis,
 Illo nemo magis potens in aulis ,
 Vno tempore adest, valetq; cuncta;
 Et videre simul mihi videret
 Quidquid magni habet vniuersus Orbis.
 Sospitem, Superi, domum referte,
 Et simul redeat meus Philippus .

IO. CAROLI MORELLI

ORATIO

IN SANCTAE MARIAE MAIORIS
veteris Capuæ Templo.

IN ILLVSTRISSIMI, ET REVE-
rendissimi D. Antonij Caietani
Archiepiscopi ingressu

HABITA.

Si nulla nostræ huic prouinciæ, ne dum
ipsi, quæ caput est, Capuæ cum nobilissi-
ma Caietanorum familia priuata veteris
necessitudinjs intercederet causa, quare
eius causa eius non gauderemus gaudium, publi-
ca quidem, Illustrissime, ac Reuerendissime Prin-
ceps, & recens ratio, quod optimo decoremur
Archiepiscopo, postularet, & hortaretur, ut quā
& quisq; nostri causa, iam inde à principio ipsa nun-
tiante fama, conceperat, eam tandem in ipso tui
ingressus die, in cōmuni omnium lætitia non con-
tineret, & quoquo modo posset, ostenderet læti-
tiam. At quoniam Caietanæ familie vniuersa de-
bet Ecclesia, & ex ea præstantissimos, olim viros
nati

ON

hacti sumus Pastores, qui nostra de re optimè
 meriti ipsis etiam posteris nos fecere obnoxios,
 eadem, & maiora semper vobis optauimus or-
 namenta, & nemo ex vobis vnquam honoris gra-
 dum est assecutus, quin pro maiorum vestrorum
 dignitate, & pro nostra obseruātia, eorum cau-
 sa simus lētati; & qui hoc tempore ad superiora
 redire videmur, & meliora auguramus, tanto
 augemur gaudio, ut ne animus quidem capere
 possit. nostram hanc lētitiam, & beneuolen-
 tiā, iucundam huitis diei celebrationem, ipse
 hodie non ramis, frondibusque festis, non ina-
 nibus picturis non Attalicis ornamentis, non
 dulci musicorum instrumentorum, vocumque
 concentu, non lēto metallorūm tonitu, in ce-
 leberrimo templō, in editissimo loco, in omnium
 conspectu, vnuſ pro omnibꝫ, omnium plenus
 lētatijs, omnium gratulator, non muto specta-
 culo, viua actiōne, idquē non sine tuarum, tuo-
 rumque laudum parte, omnes enim quis posset
 prosequar. Clarissima nostra hæc, auditores,
 Romana suo ab ortu familia, cui Caietanum ab
 euentu inditum est cognomen, è Caieta, cuius
 domicilio se oblectare consueuerat, abhinc quin-
 gentos annos Ioannem Caietanum gentilem
 suum, eodemque in oppido natum, in Cassinati
 Cœnobio edictum, atque eductum, sanctissimum
 virum Romiam prosecuta est; qui ab VRBA-
 NO

NO Secundo vocatus, obque fidem, doctrinæque elegantiam, à secretis factus, in meliorrem Romanæ Curæ stilum, aliorum incuria, imperitiaque corruptum, ipsius Summi Pontificis iussu, redigit formam; mortuo Vrbano, qui eum in Cardinalium numerum referre decretar, eaque de re in Senatu magno omnium consensu egerat, à Pasquali Secundo successore Cardinalis est creatus, vita deinde functo ipso Pasquali, Pontifex Maximus est renuntiatus, vocantq; Gelasium Secundum. Roma ob breuem optimi Pontificis vitam, obq; magnam rerum Urbanarum turbulentiam in Anagniam non vnius, at multorum etiam Summorū Pontificum parentem commigravit, vbi non in minimis habita, & in maximis semper rebus totius Latij adhibita, & cognita annis voluentibus Benedictum Caietanum tulit, & ipsum Cardinalem, & Summū Pontificem; sub cuius Pontificatu, Anagnia ab hinc trecentos annos relicta, suam repetit Romā, perpetuamq; sibi facit patriam. Parcite clara domicilia, parcite, vocat me Regina Urbium, domina prouinciarum, Orbis caput, prima parens Roma. Stultus equidem me ostenderem, si Romanum Populum laudaturus venissem. Quis principis Populi res gestas vna oratione complecti poterit, de quo tantus Historicorum, Poetarum, Oratorum numerus tot voluminibus minimè dixere satis?

Quis

Quis vñquā populus tantūm operum pace, bello-
 que gessit? Quis tam latē per terrarum Orbem
 arma circum tulit? Quis tot laboribus, pericu-
 lisq; iactus? non minus verè, quām iucunde
 dixisse videtur ille, ad Romanum constitūendū
 ī imperium & Virtutem, & Fortūnam cōtendisse.
 Omnes Reges suo subiectos fecit dominatui; om-
 nes nationes, Europam, Asiam, Africām. Quis
 Romanos Imperatores, Victorias, Triumphos
 recensere posset? Vbi poetas, Oratores, Philo-
 sophos relinquo? Mūsarum Roma hospitium,
 eloquentiæ domicilium, Sapientiæ templum.
 Quis vñquam Populus terrarum victor ita suam
 ampliavit linguam? Vbi non gentium latine lo-
 quimur? Si Roma, Imperiumq; amissum vide-
 retur, in magna Orbis parte in perpetuum domi-
 naremur. Quid de Urbis pulchritudine? Quid
 de ambitu dicam? Omnis terrarum pulchritudo,
 totus terrarum globus vna in Urbe esse videbā-
 tur, & quod in Urbe non reperiebatur, in vniuerso
 illud non habuisses Orbe. Vocat me altissima Pe-
 tri Sedes, vocat successorum pietas, vocat Mar-
 tyrum constantia, Virginum sanctitas, Templa,
 sacræ Sanctorum reliquias, & ipsum tandem Chri-
 stianæ religionis fundamentum. Quis dicendi
 tam peritus, & indicendo tam exercitatus, qui
 centesimam tuarum laudum, Roma, partem ver-
 bis consequi possit? Hac in principe Urbe per
 trecen-

trēcentos ferē annōs Caietā nulli secunda vi-
 git familia, & domi, & foris clara omni excel-
 luit virtute. Decebat Mundi dominam tanta fa-
 milia, niūis tanta gentis amplitudō Caietæ, &
 Anagniæ arctabatur, Vrbi, & Orbi nata. At ne-
 scio an vobis plus ipsa Roma, an Romæ vos plus
 tribueritis ornamenti. Detulit vobis Roma Pon-
 tificatus, Cardinalatūs, Patriarchatus, Archie-
 piscopatus, Episcopatus, Ducatus, genuistis vos
 Romæ viros Pontificatibus, Cardinalatibus,
 Patriarchatibus, Archiepiscopatibus, Episcopat-
 bus, Ducatibus dignos. Quis Bonifacij Octauj
 virtutem, peritiam, animiq; magnitudinem nar-
 rare posset? de quo omissō Decretalium sexto tā
 vtiliter canonici iuris studiosis cōgesto, omissis
 cæteris sapienter dictis, & piè factis, illud vnum
 non prætereundum puto, Bonifacium primum
 fuisse, qui vniuersam illam peccatorum absolutio-
 nem, quam Annum Sanctum vulgo dicunt in Vr-
 be insticuerit. Quis Cardinales, Patriarchas, Ar-
 chiepiscopos, Episcopos, Duces recenseret? non
 mihi totus hic dies satis esset, si nomina saltem
 percurrere vellem; perpaucos nostra attinget
 oratio, & eos tantū, qui nostra memoria, aut
 paulò ante fuere, & ad rem nostram pertinere vi-
 debuntur. Ostentant se mihi in primis magni
 tres tui patruj; ex vna parte Nicolaus purpura-
 coruscat; idemq; dignissimus Capuæ Archiepi-
 scopus,

scopus, ex altera Henricus eodem splendore clarus, & magna, ut dicunt, Camerae præfectura, & ad Galliarum Regem legatione clarior; ex alia Camillum video Alexandrinum Patriarcham, qui apud Philippum secundum Catholicum Hispaniarum inuitissimum Regem maximis de rebus legatum agens, magna cum Pontificis Clementis Octavi, & Regis gratia suo est perfunctus munere. Vbi digna inueniam verba, quibus Honoratum optimum patrem tuum, honoratissimum virum celebrem? Sermonet ille Dux, multorumq; aliorum in Volscis dominus oppidorum, eum se apud S. R. Ecclesiam semper geslit, ut quem domini, Militiaq; comparemus, habeamus neminem. Erat ille Sanctæ R. E. vexillo conspicuus, ad Gallos Romano militi ducatum præsticit, Urbanam administravit præfecturam. Quatuor felix pater non degeneres reliquit filios; hucusq; Petrus felicium fratrum natu maximus ab Urbe mittit radios; video non solum Auorum titulos retinentem, sed nouis etiam augeatatem honoribus. Huc usq; aureus ille agnus, ignaria, silicesq; ignem vomentes nobilissimi Borgundi ordinis insignia meos feriunt oculos, quibus non ab alio, nisi a Regum potentissimo Hispano, non omnes at perpauci, & iij tantum, quos summa generis nobilitas, summa rei militaris prudentia, summa rerum gestarum gloria, summa fides commendat, hone-

honestari solent, & regios addo redditus; nec
 nunc primum illud auditores, in Caietana fami-
 lia decus; intulit primus pater virtutis præmiū,
 honoris insigne, laudis monumentum; detetur
 filio cum patris causa, tum merito suo; ita mere-
 tur, ut non solum in familia confirmasse videatur,
 sed etiam posteris per manus traditur. Quò
 me, Cassanum, vocas? cerno Bonifacium tuum di-
 tissimæ Diui Leonardi in Apulia Ecclesiaz Abba-
 tem; gloriare eum tibi Regem tuum dedisse Epi-
 scopum, quem Roma quam citò non solum sua
 decorabit purpura, sed in summo etiam Petri so-
 lio adorare vellet. Decimum. tanta vitæ innocen-
 tia, tanta rerum humanarum experientia, tanta
 doctrinæ suauitas, æquitas, pietas nimis angu-
 sto, licet in amplissimis versetur Dioceſibus, clau-
 ditur loco, Vrbis, & Orbis postulat conspectus.
 cernite in amplissimos honores gradum sibi fa-
 cientem, in rem Romanam paulatim accedente
 Elaminia Præsidem. Nec Philippus natu mini-
 mus clarissimi Diui Iacobi Hispani ordinis eques
 reticendus, quem Philippus Tertius Hispaniarū
 Rex amantissimus eiusdem ordinis magnus Ma-
 gister sua pro iuuenis dignitate rubra decorauit
 Cruce, & Salernitanæ Provinciaz dedit Proregem.
 Nec suis clarissimus Iuuenis caret luminibus, cer-
 nis pulchrum, & iucundum: audis doctum, & di-
 scretum: laudas fortis, & agilem: amat bonum,

& humanum. Dignam se duxit vxorem Alphon-
si Traiecti Ducis filiam, paterno genere Caietanam suam, & Aragoniam, materno Carafiam,
at Magdalunensem Ducum; Ducum Magda-
lunensem, quos ob gradus vetustatem vniuer-
sa in oculis fert familia, quos ob singularem in-
patriam pietatem vniuersa obseruat Neapolita-
na Ciuitas, quos ob immensam in C H R I S T I
ministros largitatem vniuersum amat Regnum,
quos ob virtutem, peritiam, & integratatem ip-
sa deniq; Roma & suo vestit Ostro, & in sum-
mum rerum euehit fastigium. O nulli vñquam
fatis celebratam familiam, propter tuam digni-
tatem iunguntur tecum illustres clientelæ, poten-
tes amicitiae, generosæ affinitates. Nubit Traiecti
Duci ex Caietana familia orto Alphonsi Ara-
gonij huius Regai Regis filia. Quid memorem
Farnesios, Mediceos, Vrsinos, Aquiuuos, Co-
lammenses? Nulla est deniq; in tota Italia cla-
fissima familia, quæ tanti generis coniunctio-
nem auersetur. Priuato Dei immortalis be-
neficio hæc manet domus. cum a crudelissi-
mo illo earnifice Valentino Duece, cæteris ex
Caietana gente & vita, & legitima oppido-
rum possessione priuatis, unus Nicolai Caietani
vnicus filius, vnicus totius familie spes,
vnicum germanum, etiam neci destinatus absens
eripitur; Eripitur ad propagationem, ad glo-
riam

riam, ad Remp. quod idem multis ante seculis de Fabijs legimus; ex quibus omnibus ad Cremeram, quia pro patria pulchre, & decorè occisis, unus eus sit puer bello adhuc ineptus, qui domini manserat, ex quo alij orti sunt Fabij, & ille maximus, qui Remp. seruauit. Nostra ad te tandem, Illustrissime Princeps, conuertenda est oratio, & quò tardius venio, eò ad dicendum maiore esset opus copia, generose iuuenis; digne maioribus; digne patruis, patre, fratribus, tequè ipso dignior. At quemadmodum capacissimo vas utero, idemq; angustissimo orificio preciosi vnguenti plenum igni admotum magno intus vndarum æstu fluctuat, tamen foras minutissimas mittit guttulas, vel ipsam saltem domum totam fragrantia implet, ita ipse magno in interiore pectore exuberans argumento, & per exigua ad dicendum facultate ad conceptus explicandos ineptus, coram Illustrissimo Domino meo totus intus ferueo, & nihil, nisi per pauca, et demque minima, effundere potero, vel totam concessionem hanc saltem tuarum laudum odo re imbuere. Magna quidem res est honesta maiorum opinio, magnum praesidium, magnumq; ad gloriæ incitamentum, verum quos iactare, eorum res bene gestas prædicare, hereditariam inde profiteri nobilitatem, turpiter vero, ignorantis vitam agere est, ut fuci faciunt, alienis

opibus frui, alienos labores consumere, & extingnere, &c., ut uno verbo dicam, degenerare. Ipse non ea contentus nobilitate, quæ in te à tuis proficisci ebatur maxima, propria comparasti ornamenta, quæ non modò te seorsum nobilem reddidissent, sed majoribus etiam decus adderent, inq; posteros transirent. Ab ineunte ætate celeberrima frequentans Gymnasia, parentum hortacut, majorum emulatione, magistrorum peritia, tuoq; impetu eam nauasti operam, ut nulla sit facultas, in qua breui, feliciterq; ^{non} proteceris. Cum Oratoribus de omnibus rebus variè, & copiose dicis, non sine magna actionis dignitate, & verbis ad dicendū iucundis, & sententiis ad persuadendum accommodatis; at innocentis vita exemplo magis, quam dicendi copia persuasor. Inter Poetas grauis, & ingeniosus, natura ipsa vales, & mentis viribus excitatus quasi diuino quodam spiritu afflatis. De minuto verò dicendi genere, & argumentandi, cum Dialecticis acumine præfas. Cum Iureconsultis iure caues, consilio iuras, in solio sedens alterum oraculum consulentibus respondes. Cum Philosophis de naturæ occultis sapienter differis. Cum Theologis rerū diuinarum peritus vera prædictas, ad Cœlestē patrīam iuitas, à terrenis cupiditatibus reuocas. Præterea coruscat in capite Prudentia, in lrua Imperantia, in pectore Fortitudo, in dextra Iustitia;

stitia; quatuor primi luminis stellæ, quæ nouæ
 conficiunt sidus: Prudentia honestum appetis,
 turpe vitas: Temperantia sub rationis iugo cu-
 piditates domas, teq; ipsum integrum, incorru-
 ptumq; seruas: Fortitudine nec temerè audes, nec
 inconsultè times: Iustitia quæris recta, dirgis,
 & facis. Iustitia te religiosum, & æquum facit:
 Fortitudo constantem, & securum: Temperantia
 castum, & sobrium, & ipsa tandem Prudentia pro-
 uidum, & memorem. Nescio an in Cœlo Hercu-
 les ille non monstrorum, at passionum dominat
 clarioribus splendeat stellis. Präuideo longin-
 quissimas, at honorificentissimas legationes tibi
 deferendas; præuideo vigilias, labores, astus,
 frigora, pericula, quibus pro Dei Ecclesia sis per-
 functurus; præuideo tantum virum non ociosum
 fore. Quatuor nostræ Capuz obisciuntur, ocius,
 perfidia, luxus, superbia: superbia Iustitia me-
 dicabitur, luxui Temperantia, perfidiae Fortitudo,
 ocio Prudentia. Non temerè, aut casu nobis
 Campani ciues, vir tancus datur. Succedit
 Cardinali Bellarmino, eligit Cardinalis Bellar-
 minus, postulat Cardinalis Bellarminus, conce-
 dit Paulus Quintus. O quam iniquo, optime pa-
 ter Bellarminè, animo tui ferremus desiderium,
 nisi tu ipse rebus nostris consuluissest; clarum ec-
 lestis vitæ exemplum; verax supernæ patriæ de-
 monstrator, fidelis diuinorum oraculorum inter-

pres, profusus templorum amplificator, benignus peregrinorum hospes, latus pauperum reparator, præsens ægrotorum subsidium, largus custodiarum redemptor, sollicitus vitiorum expulsor, dulcis calamitosorum consolator, salubre consultorum consilium, fitum oppressorum auxilium; Vbi illa nostra salutis vigilancia? Vbi illa nostræ imbecillitatis misericordia? Vbi illa nostra fragilitatis patientia? Vbi facilitas, humanitas, humilitas? O quam iniquò, optime Pater Bellarmine, animo tui terremus desiderium, nisi tu ipse rebus consulisses nostris. Non fugiebat virum innocissimum quantam Campanius Populus, se non redicuro, facere posset iacturam; rebus vniuersæ Ecclesiæ maioribus à Beat. Patre P A V L O Q V I N T O addicetus eligit nobis ex Urbe Archiepiscopum, quo in toto terrarum Orbe non inuenisset meliorem. Concedit P A V L V S Q V I N T V S dignum digno successorem; narrat hominis integritatem, doctrinam, vigiliam, integerrimus, doctissimus, vigilantissimus. Age gratias, Capua, Cardinali Bellarmino, age, & habe P A V L O Q V I N T O. An ignoti ad ignotos mittuntur? Quid tibi Caietanis notius? Habes gentis Caietanæ insignia, monumenta, statuas, tabulas, ædes, sacella; redoleat adhuc totum Campanum hoc solum Jordani

dani Caietani Antiocheni Patriarchæ vesti-
gia, qui ab Eugenio Quarto Campanus fa-
ctus Archiepiscopus quinquaginta annos hanc
administrauit Ecclesiam. Coruseat adhuc idem
solum Nicolai Caietani purpura, qui centesi-
mo post anno, à Paulo Tertio eidem Pro-
uinciaz præficitur. Debebatur hic tibi, Capua,
ex eadem familia tertius Archiepiscopus, cum
ut ipsa ornatior fieres, tum ut in Campana
Ecclesia tanta gens absolutum numerum, per-
fectumquè suum obtineret ordinem. Antece-
perat Patriarcha primum dextræ locum, con-
cesserat alteram in partem Cardinalis; at quo-
niam diuino iure Leuitico sacerdoti dignior de-
bebatur locus, ut honestum tandem Purpu-
ra suum locum consequeretur, ut media fieret,
dandus erat alius, qui assideret; non aliud
dandus erat, nisi noster hic Antonius, qui zta-
ti, & ipsi ordini concedens eodem tempore,
& Patriarcham, & Cardinalem Archiepiscopum,
& suos maiores nepos, & se Caietanus debito ho-
nestaret loco. O imparem, trinumq; omni ve-
ratione dignum numerum, o bene dispositum or-
dinem. Dextram Patriarcha, lauam Archiepisco-
pus, medius Cardinalis; lauam crux yna, dextræ
quatuor Purpuram nobilissimum Apostolicaz di-
gnitatis insigne complectuntur medium; Omni-
bus, Illustrissime Domine, carissimus venis, et hijs

Veteris Capuz monumentis carior : O vtinam
 vetus illa Capua, Vrbs pulcherrima, & opulentissima
 resurgeret, vt ijs te acciperemus modis,
 quos & tua dignitas, & nostra in te, tuamq; omni-
 nem familiam observantia postularet; resurge-
 ret vetus illa Capua, cuius reliquiae non sine ma-
 gna admiratione tibi ad nos per Appiam venien-
 ti occurrerunt in via: cuius modo solum tenes,
 intra cuius diruta mœnia, & ex cuius superbis
 moenibus nebris hoc magna Dei Matri augustum,
 Regis opus, columnis centum sublime; priua-
 tis Cœli favoribus munitum, dignissimis Ange-
 lorum manibus consecratum, præcipuis summo-
 rum Pontificum gratijs ditatum, innumeris, &
 assiduis in raculis clarum, nobile est positum tem-
 plum; resugeret, inquam, vetus illa Capua, quæ
 sub eiusdem Cœli Domina, at clariore nomine
 In vicum abiisse non deditatur. Campanum te
 vt triumpharem exciperet Capitolium, perpe-
 tuum te Ciuitas omnis suum decerneret Media-
 sticum, festa Theatrum ederet spectacula, suu
 Amphitheatrum exhiberet Nauium, sua Septa-
 sia effanderet vnguenta, publicum Albana vide-
 ret epulum, omnia auro, argento, gemmis, pic-
 tisq; pellucerent tapetis, ipsa deniq; clara Dia-
 ne templo Tiphata lato resonarent plausu, meq;
 hodie Osca dicentem lingua, quam tanti vir ille
 sapientissimus faciebat, audires. Si ingredien-
 te

te Capuam Annibale, illum Campanus Prætor
 consecrat diem, cur nobis non longè solemnior
 ille censendus dies, qui non Romanis Capuam
 adimit, non Campanis perfidiæ notam inurit,
 non in Campanas cœruices Romanam armat se-
 curim, sed multò quam ante coniunctiorem, fi-
 delioremque efficit. Pacullus alius, at melioris
 mentis Campanus Ciui te domi acciperet; gau-
 deret Perolla filius; multò magis Decius Magius;
 qui nulli Campanorum secundus; Romanorum
 cupidissimus; non catenis vincitus, non capite
 aperto, non pallio obvoluto, extra Vrbe in
 castra Punica traheretur, sed primus in conui-
 uio tecum discumberet. Multò ante, quam ipsa
 Metropolis sub Caeterorum fuimus clientela,
 multò ante te, Illi strissime Domine, habuimus
 patronum, quem tandem nocti sumus patrem. no-
 tiri, & nostri te Leuitæ Laurentij capere potest
 obliuio; vnde tibi annum illud vectigal, quo
 egenis nostræ patriæ sat honestis puellis annua
 subsidia dōtis, & tacerdotibus ipso in Martyris
 templo sacrum facientibus stipendia suppeditas.
 O magnam Bellarmini prouidentiam: o ma-
 gnam Pauli Quinti largitatem: o magnam Cam-
 panorum, & nostram in primis fortunam. O ve-
 rè inter felices felicis Campanæ Vrbes fortuna-
 tissima Capua, non quod pulcherrimam non mo-
 dò Italiz, sed etiam totius Orbis habeas regio-
 nem;

nem; cuius nihil mollius cœlo, nihil hospitalius mari, nihil vberius solo; quæ bis floribus vernas, quæ magnum Liberi, Cererisq; diceris certamen; non ob illam veteris Vrbis salubritatem, descriptionem, pulchritudinē, magnitudinemq; in planissimo loco explicatam; non quòd caput, & domina essem Campaniæ, & longa felicitate, omniq; fortunæ indulgentia olim luxuriaueris, & hac etiā tempestate luxuries, non quòd instru-
 etissimos olim habuisses exercitus, quos non modo ad Romanas vlciscendas iniurias, cædesquè, sed ad ipsum etiam opprimendum victorem An-
 nibalem satis Romanus censeret Consul; non
 quòd inter tres maximas olim Vrbes Româ, Car-
 thaginemque numerareris, & ea essem, quæ etiam in terris Imperij nomen, grauitatemq; sustinere posses; non quòd hoc etiam tempore pristinæ il-
 lius dignitatis, & regij spiritus non parum reti-
 neas, habeasq; Magios, Blosios, Calauios, Mi-
 nios, Celeres, Alphios, Iubellios, tuisque Re-
 gibus tua opera, nauitate, animoquè sis inpri-
 mis cara; cuius Ciues ipsi Reges ob egregiam
 virtutem, fidemquè honestis honestant titulis;
 cuius ciues ipsa Roma & purpuratos vidit, &
 in Petri solio locauit, ne dum alijs præfecit Ci-
 uitatibus; Sed quia tantæ sis Romæ curæ, ut ab
 ea semper insignes acceperis pastores. Ipse Apo-
 stolorum Princeps Petrus Priscum ex antiquis

C H R I S T I discipulis mittit tibi Episcopum;
 Apollinaris Petri discipulus Rufum suum; habes
 Aristeum, atque alterum Priscum Africanum,
 qui te, & sanctis instituere legibus, & suo pro
 C H R I S T I nomine fuso nobilitarunt sanguine.
 Tuus est Germanus, qui suarum laudum ma-
 gnus illum Gregorium meruit habere bucci-
 natorem. Tuus est Victor, quem sanctissimum
 venerabilis ille Beda appellat. Tuus Ruffinus,
 Decorus, Vitalianus & vita sanctitate, & mi-
 taculorum multitudine clari. Quid memorem
 Archiepiscopos, religione, vita, doctrina, & ge-
 nere præstantissimos viros? Vidisti, Capua, cum
 primum Metropolis ob tua in Romanam sedem
 merita facta es, Ioannem Pandolfi principis tui
 fratrem primum Archiepiscopum; vidisti Cas-
 sinates Monachos; vidisti Acciapacium, Esten-
 sem, Scombergum, Caracciolum, Arcellam, Co-
 stam, Bellarminum, & inter eos non solum ipso
 Archiepiscopali honore claros viros, sed Pa-
 triarchali etiam, & Cardinalitia autoritate ful-
 gidos. Miçant maximè nostri Cajetani, nec vili
 vnquam suo se splendore ostenderunt infe-
 riores. Vide, Capua, quanti te nouissime fa-
 ciat Roma; Illa auium Regina, quæ passis alis
 vniuersum complectens Orbem in Capitolina
 regnat Arce Burghesia Aquila hanc, tibi con-
 cedit Aquilam; nec quod est candida, super-
 ni ne-

ni negat esse generis, mittit tibi ad solem non
 semel probatam, ut sub felicibus candidaz ausi
 auspicijs ipsa etiam candida fias; commendat
 hac in Aquila colorem, qui animi refert can-
 dorem. Cedat falco, sub cuius augurio olim
 es condita, deq; Tusco nomine Capua dice-
 ris, cedat novis auspicijs: longe enim seruari,
 quam condi melius. Sitco orationis genere
 nostri Archiepiscopi laudes attigimus; nec pro-
 pterea contemnenda. quemadmodum in num-
 mo non artificis manus, & sculptura spectatur,
 sed materia, & pondus, ita non refert, quam ele-
 gans sit oratio, sed quale habeat argumentum.
 Aurea est nostra, auditores, oratio, cui tanta
 generis, & viri honestas splendorem, grauita-
 tem, utilitatemq; suo tribuit argumento. Quæ
 tibi à Pastore tanto recipere non poteris, Capua
 pascet hic pastor suas oves, qui pastorem suum
 amat C H R I S T V M: pascet instructionis ver-
 bō, morum exemplo, Eucharistiaz Sacramento,
 subsidio temporali; talis Pastor C H R I S T I
 exemplo opportuno tempore animam suam pro-
 ouibus exponere non timeret. non abutetur ca-
 lis pastor suo baculo, attrahet primo, reget me-
 dio, punget imo; attrahet peccantes, reget iū-
 stos, punget contumaces; punget lertos, reget
 morbidos, attrahet vagos. Multiplicem lœtan-
 di habes; Capua, causam; habes virum nobilis-
 simum,


sum, habes doctissimum, prudentissimum, atq;
 integrum. Habes, quod imiteris, habes, quo
 regaris, habes, quo instruaris, habes, quo glorie-
 ris. Utinam, Illustrissime Domine, quemadmo-
 dum extrinsecus nos hodie vides, intrinsecus vi-
 deres: triumphum dices nostrum hoc hodier-
 num gaudium. Utinam, Illustrissime Domine, no-
 stra pectora fenestras haberent, quemadmodum
 Momus ille, si poetas audire volumus, diligen-
 tissimus, ac perspicacissimus operum omnium
 contemplator: ac reprehensor Vulcanum homi-
 nis opificem carpebat, quod fenestratum ipsi ho-
 mini non fecisset pectus, ut sciri posset, quid in
 animo quisq; strueret, mentiretur, an vera dice-
 ret, ut nostram videres latitiam, benevolen-
 tiā, obseruantiam, obsequium. longè ma-
 iora videres, dices latitix, benevolentia, ob-
 sequij scintillas esse, quæ cernis, tamquam è ri-
 mulis erumpentes; quæ verò intus latent, im-
 mensos ardentissimæ fornacis æstus. Tu, Virgo,
 veteris huius Capuae propugnaculum, non te,
 Diana, falsum, & fallax numen, spurcissimum
 Dœmonium appello; Tu, Maria, ipso Cœlo al-
 tior, & purior, huius Templi Domina, à qua
 nobiliore, quam olim à mortalibus, licet magni-
 ficis viris Osco, & Capi, nomine appellamur,
 hunc diem Campanis, & Romanis latum, fau-
 stumque esse velis; ita, ut nulla obliuione eius
 delea-

deleatur memoria; Adsit Beatus Symmachus, cuius corpus hoc in templo veneramur. Tuquè, Illustrissime Princeps, cui sub tanto patrocinio Jordani ætatem, Nicolai Purpuram, & Bonifacij Octavi Regnum optamus, quo nostram facimus hodie, eodem accipias animo gratulationem.

F I N I S.

卷之三

卷之三



IO. CAROLI MORELLI
CAMPANI
CAMPANORVM
MONVMENTORVM.

Liber.



NEAPOLI,

Typographia Io. Iacobi Carlini. MDCXIII.

ЛІБЕРІА
ГАДАЧМА
МУЯОИАЧМА
МУЯОТИЧИОМ

Liberia



ЛІБЕРІА

ГАДАЧМА
МУЯОИАЧМА
МУЯОТИЧИОМ

**AD FVLVIVM CONSTANTIVM
COROLETI MARCHIONEM,
Regentem, & supremi ordinis Consiliarium Ca-
puæ patronum**

IO. CAROLVS MORELLVS.

RElliquias veteris Capuæ reparauimus, heros,
Ut timeant posthac viimq; , diemq; nihil.
Cum sis Campani mens, & tutela Senatus,
Campanæq; tibi tradita summa rei,
Accipe, quod munus cineri præstamus auorum;
Vindicat à fortè nostra Camæna manu.
Cui noster si fortè labos arriserit vni,
Atq; vnum nostrum fortè probaris opus,
Non modò posteritas penitus perisse negabit,
Sed quoq; nostra simul nomina semper erunt.

MAgorum frustra series fulgeret auorum
Longa tibi, frustra posteritatis honos,
Ni tua te clarum fecissent facta, nepotes
Æternum ut posses nobilitare tuos.
Iudicium in Regni summum spectata Philippis
Hinc vexit pietas, vexit & inde fides.
Res felix vna antè alias Campana, Senatus
Cui regier tanti contigit auspicijs.
Vrbs quæcunq; tibi primos contendis honores,
Priuatum Regis, cede, monile vides.

Nec dñe caput



CAPVÆ INSIGNIA SEPT. DRACONES
coronati in aurea concha, & rubro campo.

Ex auro elatos quæ septem concha Dracones , Emblema.

Hosq; coronatos dispositosq; fouet ,
 Nobile stemma tibi pendet, Campane, vetusto
 Conuenit hoc decori nobile stemma tuo .

Aurea diuicijs ostendit concha fluentem ,
 Signatur ciuis stante Dracone vigil .
 Ingentes animos pectus, viresq; valentes
 Elatum ; Imperium multa corona refert .

Medi- abuti- cussim- Camp. Ipse Draco medius princeps est Rector ; honestum

Hinc tenet Ordo triplex,hinc tenet Ordo triplex.

Ipsa autem conspersa omni tibi purpura campo

Belligerum pandit sanguinolenta genus .

in gi- pra- gue. Et animus cunctis unus Respublica . nodum

Implicitus Phœbus, soluere , Phœbe doces .

CA-



Caput insignia Crux rubra coronata in auro capo.

Emblema.

*Q*ui transis Capua, nec percipis, hospes, in auro

Rubra coronata nostra trophya Crucis,

Vrbs Campana armis, opibus, pietate, fideq;

Explicat in proprium fulgida signa decus.

Illa decet populum, sparso qui sanguine summum.

Expulsum Romæ restituere Patrem.

Donat Ioannes illa cum principe Mira,

Viueret ut meriti fama perenne pij.

Res bñē pīg Solymis paulo post gesta coronat,

Campani cuius vidit & arma Sion.

Hoc te scire volo; non talia facta latere

nemop. Debent; exemplo stat pietatis opus.

AD S. P. Q. CAMP.

Ex veteris Capuæ monumentis, & ex nouæ incolis
quales prisci Campani fuerint, coniicitur.

Quem vidisse iuuat Capuæ monumēta superbæ,
Indèq; felicis coniicis Vrbis opes,
Si prisci robur populi, si forma puellis
Quæ fuerit priscis discere fortè cupis,
Aspice, qui ciues habeant noua mœnia; prisci
Campani illius lumen honoris habent.
Hic Martes dices, dices hic esse Dianas,
Stabat quale Capi dixeris antè genus?
Te, Capua, Imperium terrarum iure decebat,
Conueniunt lectis sceptræ superba viris.

Florentis quondam, tumulatae principis urbis
Diruta membra, hospes, semisepulta vides.
Conijce, quanta foret Capanæ potentia quondam,
Abscissi montes huc potuere vehi.
Conspicui, ac magni moles erat Amphitheatri,
Ciuibus exhibuit munera cuncta suis.
Dædaleo ingenio surcit struætura, manuq;
Alterius non est gloria tanta viri.
Inuida vastasset rabies ni barbara molem,
Quiuisset nunquam perdere longa dies.
Omne decus perire, tamen admirare ruinas,
Integrum quid si nobile staret opus?

In Campanum Theatrum.

Campani hic belli curas mulcere solebant,
Hic, vbi ponebant alta supercilia.^{et supra}
Ad genus omne ioci, cum staret, cerne Theatrum;
Eheū, nunc fletum tanta ruina mouet.
Hanc tenuere Patres sedem, sedere secundi
Hic Equites, hic Plebs sedit, & hi cunei.
Nunc vbi tot ludi? moles operosa? cadentem
Sunt spectatorem cuncta secuta suum.

In Campanum Capitolium vulgo Turrim.

Ne credas turrim, talem fecere nepotes;
Non ea principio sum fabricata meo.
Trunca vides monumenta Iouis, Capitolia quōdā,
Inuidit superē non mea pulchra domus.
Hostilem valui rabiem superare, diemque;
Concussa est frustrā sāpēquē terra mihi.
Quām scitē dictum, virtus Capuz emula Romæ,
Excelsa ò nimium principis Urbis opes.
Quæ Capitolino decorantur mœnia templorū
Cum Roma non sunt altera digna Ioue.



In porticum vulgo Gruttas.

Hec moles porrecta triplex, quæ spectat ad austrum
 æqua suis vlnis, peneq; tota latet,
 Quam tu præterreas, hospes, non digna; licet
 Ingredier, tetur non habet illa locum.
 Accipiunt cœlum centum spiramina clarum,
 Docta aulas pingit plaste, colore manus.
 Hæc spaciante Campanos infrâq;, supràq;
 Vedit præcinctos deliciosa suos.
 Porticus illa fuit, Parijs stetit alta columnis,
 Imæ ornamenti non caruere suis.
 Disce perire, hospes, sub Cœlo cuncta, magisq;
 Ipsum hominē, antrorū vix modò nomen habet.

In Trophæum vulgo arcum Caput.

Hospes, quem recta egressum regina viarum
 Appia Campana ducit ab urbe noua,
 Quiq; vides veterem dextrâ, lœuaq; jacentem,
 Siste, vide, occurruunt quæ monumenta via?
 Victori Campana suo Res publica ciui,
 Dum redit, hæc ponit clara trophæa; domum.
 Res vbi gestat foret, qui scribit, præterit hostis,
 Romanam obscurat res ne aliena, tacet.
 Liuide, quod taceas, carpasq; quid officit? una
 Virtutem fornix yel spoliata docet.

Qui transis, molem miraris fortè rotundam?
Accedas, si quid, scire cupis, fuerim.
Plurima me fornix vestit, dicasuè facella,
Artificum docta vermiculata manu.
Iterno ductu fastigia tollor ad alta,
Nec caruit cultu coclea teæta suo.
Ornabant simulacra virum circumq; supraq;
Gesserunt forti qui fera bella manu.
Quattuor in partes æquas diuisa, fouebat
Vrna intus cineres aurea sæpè suos.
Qui Capuæ fuerint ciues, hinc coniœct; tantum
Taureæ tumulus quondam ego gentis eram.

In Tiphatinam arcem, vbi nunc S. Nicolai

Hæc Tiphatorum tenuisse cacumina nullum.
Nostrorum potuit pœnituisse virum.
Respira, circumq; procul tua lumina mitte,
Magna ex parte tibi nobilis ora subest.
Ut te prospectus recreauerit vndiq;, nostri
Oblecent sacri te monumenta iugi,
Iæc veteris Capuæ fuit arx tutissima quondam.
Hæc populos princeps vedit ab arce suos
ac vigil è spectula signum dabat, emitti hostis
Si quid molitus fortè repente foret.
Indumenta valent extantia, quanta fuisset,
Et qualis moles, alta docere satis.

In aquæ

In aqua ductum forati montis.

Ne gelidam Campanus aquam desideret Vrbi,
 Quæ Tiphatorum terga rigabat aqua,
 Immenso sumptu montem forat, inde reducit
 In faciem, domus hæc ampla fouebat aquam.
 Læta per euripos viderunt mœnia ductam,
 Est ea nunc nusquam, quæ antè perennis erat.
 Vrbs omni si digna perit, cui ducitur, tuo,
 Debuit ipse etiam iure perire latex.

Vbi nunc S. Angeli templum, Diana extant Monu-
 menta, vbi & Diana, & Veneris inuenta
 sunt simulacra.

Diruta quæad montem cernis monumenta, via-
 Illa pudicitiae templa fuere Deæ.
 Quidam bñè fundarunt ad monte, monsq; , nemusq;
 Ut loca conueniunt sola pudicitiae.
 Stabat pulchra Venus castæ coniuncta Diana,
 Certantum Phidias, Praxitelisq; manus.
 Esse venustatem nullam, sit ni illa pudica,
 Coniunctis signis asseruere patres.
 Quid, Scriptor carpis Campanam liuidus urbem?
 Plus fides faciunt marmora sacra notis.

In veterem Capuam in monte Trifisco.

Quem cernis montē, veteres dixere Trifiscum,
Sunt Campanorum quæ monumenta vides.
Vrbs vetus in campo persæpè cremata, potentis
Persæpè est populi tuta refecta manu.
Ut magè tuta foret, posuere in monte, repulsi
Hinc subita à cœli sunt grauitate sui.
Postremò ad pontem guttissima mœnia condunt,
Hic patribus florent mœnia digna suis.
Hæc te non fugiās, non parua est ea gloria monti,
Pressus Campano sit si aliquandò pede.
In fontem S. Angeli vulgò Fermam.

Intr erā Oreades pulcherrima, Fōrma vocabar,
At Tiphatinæ virgo ministra Dæz.
Comprimit incutam Bacchus, cum fortè iacerem.
Ad vites canibus plana vagata meis.
Inuitam quamvis violarit, ab æde repellor,
Nec strupra admittit casta Diana patris.
Hic ad radicem templi mea defleo damna,
Placabit forsitan lacryma multa Dæam.
Heù nullis poterit lacrymis placarier illa,
Ara cui humano sanguine fusa placet:



In Psychen fontem vulgò Fici.

Svm Tiphatorum Psyche notissimā nymphā.
 Vitrea Nais, aquis pelle, repelle sitim.
 Vulturno quondam magno excipiebar honore,
 Delitui, ut sensi stupra parasse Deum.
 Campani tutam inuentam fecere? perennis
 (Paulatim poterām fortè perire) fluo.
 Tutior hinc ductu substrato ducor in Urbem.
 Hic ego sum laticis larga ministra mei.
 Præsto cuncta libens, vellem fons aureus ire
 Grati animi causa ciuibus ipsa meis.
 Hæc volui te scire, satis. modò perge, viator,
 Siste; audi etiam, ne rapiare, caue.

In aquam Trifisci.

FRugis Flisca bona Trifisci filia montis,
 Vulturni verò sponsa ego cara Dei.
 Dulcis in amplexus descendō sæpè mariti,
 Obuius ascendit sæpè maritus aquis.
 Campanis quid larga Ceres prodesset amatis,
 Ipsa Ceres nostris ni tereretur aquis?
 Campanis operam nauat Vulturnus eandem;
 Ast operæ coniunx cedat vbiq; meæ.
 Ad potum, pastor, te fons inuitat, & umbra.
 Distinctum caræ si cupis ubi quis.

In agrum vulgò Casam Cellariam, aut Cereris.

Consitus omnis ager generosis vitibus, illi
Nobilis inuidit consitus omnis ager.
Planities ingens apricum spectat ad austrum,
Campanus gelidis lambit Alacron aquis.
Est Casa, si queras nomen, Cellaria Bacchi,
Est idem Cereris dictus ubiq; casa.
Condita vina loco ciui, messiq; reposta
Imponunt à re nomen ytrumq; sua.
Numina præterea defuncta laboribus anni
Sunt simul hac vna sœpè iocata domo.

In agrum Stellatem vulgò Mazzonum.

Quem tu cernis agrum longè, latèq; patentem,
Campani medium quem secat amnis aqua,
Is Stellatis ager; stellis vt fulget Olympus,
Floribus æternis non secus ille suis.
Ut passim pascunt armenta, gregesq; per herbam,
Tertia Campani laus ea dicta soli.
Aspice, vt agricolæ frangant noua iugera lati,
Vtq; Ceres fluctus hic agat alimâ suos.
Campanus nimium felix ò ciuis, abundas,
Et tua finitimiis suppeditare potes.



In Vulturnum Flumen.


SAmnium habet fontem, felix Campania fuentes,
 Irrigo Campani iugera lata soli.
 Hortus habet quidquid, collis, campusq; , nemusq; ,
 Cornigeri capitis sunt ea ferta mei.
 Non caret ipsa suis, quos nutrit, honoribus vrna,
 Squamigerum fluuius fert genus omne suum.
 Sæpe lauaturi Bacchusq; , Ceresq; laborum
 Exosi sordes ingrediuntur aquas.
 Vulturnus dico, Graie sum dictus Alacron,
 Tybridis haud lauris inuidet alba salix.
 Gloria mi maior, Vulturnia dicta quod olim
 Sit Capua,, atq; alueo nunc magè tua meo .

Commendatur Capua.

Natura, studio, fortuna tollitur vñus
 Campanus ciuis noster ad astra satís.
 Tusca boni quidquid tellus, & Troia quidquid;
 Campanus Tuscius, Troius vñus habet.
 Tustorum hauc urbem dux primum cōdidit Oscus,
 Mox Trojanorum dux Capis amplificat.
 Oscam Oscus dicit, Capnam Capis, vtraq; complect
 Gens magna ingenio mœnia cara suo.



Campagna regione nihil secundus vsquam,
 Symbola sunt tantæ moenia nostra rei.
Non quod continuò spectant Bacchum, Cereremq;
 Certantes, tumeant moneribusq; Deum,
Sed quia sèpè igni consumptam, semper eandem
 Omnipotens tulerit Terra suam Capuam.
Aemula non Romæ, sed consors pollulat, olim
 Vrbs domina, hoc verò tempore Metropolis.



Quam cernis Capua est, felix illa, emula Romæ,
 In regione caput, tertia in orbe iacet.
Pergama sèpè ignis consumpsit, pergama sèpè
 Ipsa suum Tellus reddidit alma decus.
Hic ad Vulturnum natura surgit, & arte,
 Tuta suo tandem barbaro ab hoste magis.
Vrbs nihil ad veterem; veteris tamen Vrbis imagos
 Digna suis patribus, muneribusq; suis.



Ietus Capua in Archiepiscopali aula pictura Cæsaris Costæ Archiepiscopi studio restituta.

SVbdita mi quondam felix Campania, Romæ
Æmula, in Imperio, tertia in orbe fui.
Temperie cœli, terræ vbertate secunda
Nulli, pulchra nimis, diues & armipotens.
Fortuna omnipotens è tanto culmine rerum
Deiicit, & mecum maxima Roma cadit.
Cæsarum vt impensa reparari s; Roma, tuorum,
Sic redeo studio Cæsaris ipsa mei.
Est opibus magnum refici, de sentibus autem
Ingenio totam surgere, maius opus.

*In Campanæ Academiæ laudem liberales artes
armis nobiliores.*

MArs vtero nudus prodit Iunonis adulter,
Armata è cerebro virgo Minerua Iouis.
Hæc Sophiæ studijs, armorum præsidet alter,
Cur homines certant, gloria maior vtri?
Quām vir Iunonem, bellum pax, tectus inermem,
Quāmquè pudor superat luxum, vterumq; caput,
Iudice me, Pallas tam Martem, academia castra,
Et chlamydem superat tam toga, lingua manum.
Tam veteri armorum domui modò poneris antè,
Vtis Campana, colit quam modò turba sophum.

Epit. Capis Capuæ conditoris.

Conditur hic Vrbis Cápua, & nominis auctor,
Qui comes Æneæ, quiq; propinquus erat.
Ut pius Italiæ regnum Rex omne potitus,
Hæc felix meritis contigit ora Cápis.
Quanta viro fuerit prudentia, quantaq; virtus,
Disce viro à dignis ciuibus eximium.
Si caput ad Tybrim terris gens Troia condit,
Hic ad Vulturnum condit & Imperium.

Epith. Gn. Næuij poetæ Campani.

Næui, hospes, tumulum vides poetæ;
Campanus decori suo refecit;
Miraris nitidis calere guttis ?
Sunt Martis lacrymæ; simul Mineruæ,
Sunt Riferis, Veneris, Iociq; fluentum.
Sic extaret opus bona Camœna,
De se dixerit ut nihil superbi;
Possunt reliquæ satis docere.

T. Iubellius Taurea Campanus fortissimus eques,
capta Capua, vxorem, & liberos, ne à Roma-
nis indigna paterentur, occidit.

Virtuti tu nata domus, tu nata triumphis,
Nataq; diuitijs, nataq; delicijs,
Te, patriaq; tua patiere indigna? videbit,
Audiet aut saltem Taurea seruitium?
Nec potero caris animis afferre leuamen,
Expectat durum quem magis exitium?
Imperium ciuis non hoc inglorius auxi,
Defendi prohibent impia fata Deum,
Dum sumus integri, dum nobis libera virtus,
Possumus, & captis mœnibus, haud capier,
Dum tota vrbe furit, querit nos turbidus hostis,
Hoc ferrum cunctis liberet opprobrijs:
Dilecti proceres, vitalis cuncta veneno,
Has vobis animas iungit amica manus.
Dilecti nati, coniux dilecta, præte,
Assequar, hoc pietas efficit officium.
Dixerat, ecce cadunt; facinus virtutis honora,
Est voluisse virum, non trepidasse manum,

T. Vibius Camp. cum xxvij. Senatoribus, indicto
domi suæ coniuio, ne in Romanorum po-
testatem venirent, venenum hausit.

Imperium felix nimium, ciuesq; beati,
Si nunquam ingressus Pœnus in Ausoniam;

At

At felix Orbis totus, nī vanā libido
 Regnandi humanis insita pectoribus.
 Res Campana ruit, spes nulla superstes; amicus
 Prodidit, hostilis nos manet ense furor.
 Cœlum dulce, ò dulce solum, dulcesq; Penates;
 Subuertit quz sors impia? dulcis amor.
 Flete, viri patriæ casum, nostrumq; malorum
 Vno vincamus millia multa malo.
 Hanc mensæ & mēcum pateram gustate secundæ,
 Promisi, solui, liberat illa malis.
 Ut video vnanimes dare bracchia mutua collo,
 Extremumq; vale dicere, digna manus.
 Vibius hæc. fortes præsens hausere venenum,
 I, victor, magnis dura minare viris.
 T. Iubellius Taurea Campanus se etiam occidit; cui
 morienti Flaccus virgas addi iubet.

VIdit vt in caros sanguinum Taurea ciues,
 Et Flaccum humanam non tetigisse vicem,
 Ne te, Flacce, inquit, fortē iussisse necandum
 Fortē virum iactes, ingenuumq; magis,
 Qui prius occidi patria ne indigna tulissent,
 Vxorem, ac natos me quoq; præripio.
 Se ferit en gladio, quem veste tegebat, eodem
 Virtutem extinctam, Flacce, ferire potes?

212
De duello inter Italos, & Gallos. utris maior virtus
in armis, Hectore Feramusca Campano
Italorum duce.

Victorū in mensis acceptus Gallus in armis
Captiuus nomen despicit Ausonium.


Hunc generosa notat Romana Columna, duello
Discernunt, genti gloria maior vtri,

Hinc descendit eques numerus delectus, & illinc,
Spectauit causam miles vtrinq; suam.

Non oblitā suæ, non oblitura vetustæ
Itala virtutis præualet usq; manus.

Victores, Feramusca, tuos vel iudicat hostis,
Auctorem palmarē ceginere tubz.

Scilicet est Vrbis Campanæ gignere molles,
Hectoras est tantum gignere Troiugenum,



Ante eum exordiū Hisce, fuit belles

**Virgines Campanz, captā à Gallis Capua , ne vīa
patentur, in Vultuūm desiliunt.** Epith.

Cum Capua ciui capta non parceret hostis;
Furtaq; polluerent mœnia, strupra, neces,
Ad patrij ripam confugit fluminis altam
Ecce pudicitiz plurima virgo timens.
Gallus adeſt, stuprumq; tenet iam proximus, en se
Præcipites vndis præripuere malis.
Vidit, & obſtupuit, nec factum credidit exlex;
Qui poterat fieri castior, haud voluit.
Res antiqua fuit Campanis spernere mortem,
Cedit nec duris virgo tenella viris.
Hoc patria dignis ciues posuere ſepulcrum,
Sat patriz nomen, cuius honore cadunt.

Honorij Primi Summi Pontif. Campani Epith.

Campanus iacet hic primus Honorius,
Ortus nobilium sanguine Cnosulum;
Qui ſic Eccleſiam geffit, vt optimus
Inter Pontifices fulſerit optimos.
Per quem ſic refiſit falsus Eraclius,
Fallacem exilio multet ut hæresim.
Multas Cælicolis condidit hic domos;
Ut cum Cælicolis altra darent domum.

AD S. P. Q. CAMPANVM

IN PHILIPPI HISP. CATH. II.

REGIS OBITVM ELEGIA.

STANT MÆSTIS ARÆ VITTIS, TEGIT OMNIA LUCTUS,
 Turba gemit circum nigra, sonatq; locus.
 Stat Mausoleum, ferales ante cypressus,
 Luctifico vultu stat Libitina suo.
 Stat torus ex auro, nigrant insignia, clarum
 Hinc sceptrum gemmis, hinc diadema iacet;
 Est ergo magno Tellus orbata Philippo?
 Persoluit Regi debita iusta suo?
 Adsis: Melpomene, lugubres incipe cantus,
 Tibia, quæ maior, funera nostra decet.
 Nec pudeat sparsis etiam prodiere capillis,
 Da lacrymas, pectus plange, feriq; caput.
 Priuatus dolor hic? non, toti contigit orbi,
 Incipe, da gemitus, Nenia, perpetuos.
 Quid prodest regnum? fatis quoq; vita Philippi
 Subdita, mortalis non secusac alia,
 Hæc quoq; Parcarum pendebat stamine vita,
 Discrimen nullum, cum fecerit vna manus.
 Hoc tantum differt, ruit hic maiore tumultu,
 Pendebat filo quo magis altus humo.
 Nullæ utinam insidiæ saltem melioribus annis,
 Vel, qui alijs prosunt, serius eriperent.

Sit tua mors quamvis matura, videris acerbus.

Deseruisse tamen regna, Philippe, nimis.

Si redit arboribus florens arentibus ætas,

Heu cur longævus non reuirescit homo?

Si multos vinunt cornix, & ceruus in annos,

Cur homini est peior tradita conditio?

Si nullis annis Tithoni longa senectus

Conficitur, viuit Nestor & ipse diu,

Debebat seculum saltem superare Philippus,

Præstabat cunctos qui probitate viros.

Omnibus hoc populis inflatum flebile vulnus,

Italia, at nulli, quam tibi flebilius.

Præcipua est, luge, tua causa, Neapolis Orba.

Siren pulchra, tuis funde sinum lacrymis.

Tu, Capua vrbs, fidei quæ cedis nomine nulli,

Nulli etiam es merito nunc pietate minor.

Quem canere in terris præsentem læta solebas,

Absentem defles, iustaq; mœsta facis.

Ergo tuis Tiphata sonent clamoribus altis,

Vulturnus tepidis ad mare currat aquis.

Huic tua certabant Regi Liberq;, Ceresq;

Numina; non alij copia dona dabat.

Huic te sollicitè munibas mœnibus altis,

Arcibus, aggeribus, ponteq;, præsidijs.

Illi se toties armavit nostra iuuentus,

Nec timuit forti pectore dura pati.

Clara illi euasit bello, illi præfuit armis,

Longè illi retulit tot spolia ampla domum.

Spretum illi Italiz nomen defendit, ouantem,
 Torquatumq; vident castra redire duo.
 Campanus titulis vni scatet omnibus illi
 Ciuis, magna quibus regna nitere solent.
 Parte alia cerno gentem fulgere togatam,
 Nec minus illa suo splendet honore domi.
 Hic legum interpres, patronus maximus ille,
 Est alij regni tradita summa rei.
 Huius in ore sedet suadela, benignus Apollo
 Huic fauet, & studijs tollit ad astra suis.
 Hinc doctrina alij, hinc alij pietate coruscant,
 Fulgurat hic mitra, purpurea ille toga.
 Hos Capua illustres partus fert Regibus alma,
 In primis sceptro, magne Philippe, tuo.
 Tu decus vnuſ eras cunctis, tu palma, triumphus,
 Perdidimus regem, perdidimusq; patrem.
 Perdis & ipsa tuum custodem, Roma, fidelem,
 Summi erat hic vnuſ dextera Pontificis.
 Per te Iustitiam gentes videre, Philippe,
 Per te cana fides inuiolata fuit.
 Te regnante, fuit pietas intacta, trophæum,
 Te regnante, Crucis latius enituit.
 Te regnante, diu nullum scelus iuit inultum,
 Debita virtuti præmia stantq; suæ.
 Te cuncti regem sœui timuere Tyranni,
 Eit prostrata tuis viribus impietas.
 Te magnum Tellus, te magnum vidit & equor,
 Certatim templis dant spolia ampla tuis.

Auxiliumq; tuum gelidas penetrauit ad Arctos,
 Nec Cæsar magnus te sine magnus erat.
 Ignotus terras Hispanum nomen adiuit,
 Estq; auctum Imperium, continet Antipodas.
 Imperio magno cum posses omnia, tantum
 Tu tamen egisti, quæ sacra iura volunt.
 Victrici sunt multa manu tibi gesta per orbem
 Bella tamen bellum non tua causa fuit.
 Pacis amor mouit: pulsa est iniuria bello,
 Et licet optata deniq; pace frui.
 Vicisti viuens crudelia monstra per Orbem,
 Nec nisi pacato deseris Orbe tuos.
 Aurea discedens nobis tu secla relinquis,
 Tempora Saturni non meliora darent.
 Ultima dona pyræ tristes præbet, coronæ,
 Sceptra, ensis, clypeus, purpura, thura decent,
 Perpetuis verò spargatur floribus vrna,
 Munera sint aris intemerata pijs;
 Vos, quibus ingenium clarū, celebrate Philippum,
 Est dignus vestris ille voluminibus,
 Quis ego te terris exquiram, Attendole? casus
 Heu quis tam dirus te patriæ eripuit?
 Hæc debebantur tantum tibi funera nostra,
 Cuius in ore omnis vis erat eloquij.
 Hæc debebantur tibi, cuius ab ore fuere
 Altisono dicti non semel Austriaci.
 Tu, Peregrine, fauent cui non minus astra, silebis?
 Et tecum iuuenis Riccius egregius?

Nec tū, Sanctori, iuuenis facundē, silebis,
 Non alio poterit dignius ore cani.
 Qui Superūm vitas describis, bellā, triumphos,
 Heroum posset non onerare labor.
 Præterea Patrius, decorat quēm Purpura, Regi
 Carus erat, nullus carus in Vrbē māgis.
 Quis tumuli titulus? tumulo supēr addite cāmen,
 Exemplum sumat, qui regit, indē sibi.
 Imperat hīc magna populis pietate Philippus,
 Imperat vno, eodem tempore, & antē sibi.
 victi hostes Parthus, Maurus, populusq; rebellis,
 Sternuntur melius Dis, Caro, Mundus humi.
 Es mirata tuos mortales, Terra, triumphos,
 Restabat maiōr, hinc abit, astra vident.
 Angustē nuper capiebant regna Philippum,
 Nunc tanto Regi sufficit vrna breuis.
 Quæ viuens olim quærebas regna, Philippe,
 Defunctus vita deniq; consequeris.
 In regnis quæsita tuis quæ regna fuere
 Semper, habes tandem, datq; tibi loculus.
 Perfruere æternū regnū cœlestib⁹ ergo,
 Hæc stabant animæ debita sceptræ tuæ.
 Sic tibi qui superest regnorū maximus hæres,
 Succrescat, dignus te patre, dignus auo.
 Gestarum superer rerum quos æmula virtus,
 Nomine, prole magis fulgeat aucta domus.
 Et nisi defensa Roma, nisi, finibus auctis,
 Extincto Othomanō, serius astra petat.

Soluere prò tantis méritis nil pòssumus ergò, n.

Hoc, hoc præter opus, magne Philippe, tibi?
Cui satis ante fides mortali, deniq; Diuo.

Nunc facta pietas sit quoq; nostra satis.
Felicit Capuæ Vulturnus mœnia nostræ.

Dum lauet, & lætos ciuis arbit agros,
Et dum conspectu Tiphata superba fruentur,

Et montem quercus, sacraq; oliua premet,
Campano ex animo nunquam tu, magne Philippe,
Discedes, nomen semper in Orbe tuum.

Sis felix, adsis, qui sapè vocabere nobis.

Sat fletum, sat non, magne Philippe, vale.

A Vrifera magnus potuisset Iberus arena,
Epich.

Ignotus nuper diues & Oceanus

Mausolea suo Regi sexcenta, Philippe,
Sexcentasq; tibi condere pyramides.

Conderis hoc vili tumulo contemptor, in astris

Est anima dignum sat tibi habere locum.

O Thomano toties victo, populoq; rebelli,
Epich.

Extensisq; super finibus Antipodes,

Tot magnis rectis populis, & sanctius ipso

Recto animo, & victo fortius ante tuo,

Hic arma, & sceptrum condis, rex magne Philippe,

Perpetua ut possis pace, quiete frui.

In obitu Caroli Iunioris Philippi II. Regis filij.

C Arole, prò fatum, diui Caroli, atq; Philippi
Quis non optasset debita sceptra tibi?
Eccè fide tantam præsentí Patris, Auiquè
Sidere claro, annis simplicibsq; tuis
Hinc contentus abis, poteris regnoq; , quod vnuſ
Quærit adhuc, alter serius obtinuit.

R Egna laboranti Carolo vt sua cerneret, aurum
Suppetias venit, miles & ipsa dies.
Carole, ac ipse horæ momento nudus, & vnuſ,
Et puer es, totum conspicis vndè globum.
Sicq; nota populis meliori consulis altus;
Quām euus in terris consuluisse avus.

S Tamina lanificæ cum nerent magna sordores!
Austriadis Clotho, sistite, clamat, opus.
Numen auus nostrum spernebat Carolus, esset
Hic sextus, gereret rem meliusq; suam.
Dixit, & in proprium fæuit decus ardor, & vna
Mille ablata vltæ signæ fuere necis.

In ortu Philippi III. filij Hispaniarum principis.

Q Vis nouus Hesperijs Titan caput extulit vn-
Flamiferas quorsum præparat ille rotas: (dis?
Lucifer, ipse tuas expecta deniq; noctes,
Ipse tuas, vesper, deniq; nosce dies.

In

In obitum Margaritæ Austriz Philippi III. Cach. 11
regis vxoris Epith. Canticus

Si plus Regis eget regnum, te iudice, regni
Quam Rex, ex auro quæ notet vrna, lege.
Margarita suo p̄estat plus diua Philippo, R. H.
Quam tot belligerum r̄es bene gesta patrum.

Linqunt regna illi, fœcundat regia coniunx.
Multæ prole, Orbem quæ regat, atq; tegat.
Conditur hic duro partu sublata, Cybelle.
Æternum in natis altera viua suis.

Epith. Canticus

Quærentis preciosa bonis hoc omib⁹ empta
Veloci Parca fracta repente manu,
Margaris Hispani speciosa corona Philippi,
Sub nitido pallet marmore, dura manus.
Orbito in terris magnum solamen amantis
Non est quod vita te repararet, amor,
Verum quod niteas coram Ioue stella perennis,
Quodq; relicta viro plurima imago miçes.

Epith. Canticus

Quod Regi sanguis fueris, quod regia coniux,
Est inconstantis gratia magna Deæ.
Quod parias natos, est maius munus, at alia
Naturæ, sapiens consulit illa sibi.
Quod prole imperium optata reperetur egeum,
Consilij æterni est maximus ille fauor.
Quod verò Regina citò tua regna relinquas,
Et teneas Cœli regna cupita prius,
Est opus omne tuæ pietatis; digna coronis
Perpetuis virtus tanta, caduca fugit.

222
In obitum Comitis Lemii Neap. Proregis Elegia ad
Catherinam Zunicam à Sandouale eius

Ergo tibi Comité rapuit mors, inclita coniunx.
Vnaq; vix remanes, quæ duo nuper eras?

Non priuata tibi, nec genti causa doloris,
Præcipua est genti, præcipua estq; tibi.

Occidit Hesperijs, unus licet ille, duabus,
Hesperus ille tuæ, Lucifer ille meæ.

Occidit; at nobis quandò lux alma resurget?

Accidit heu nullis ire, redire viam.
Nostra querela tibi venit ergo debita, rebus.

Si socios miseris, perlege, habere iuuat,
Castra tuum damnum defle domus omnia bus ille.

Et propugnaculum, vallus & altus erat,
Hic tuus alter erat, quem Castru castra vocabant,

Qui expugnat castris castra inimica, Ruis,
Hispani per quem Reges vicere superbos;

Quo res Hispana est non semel aucta Duce.
Qui quoq; ter dictu mirabile, mortuus hostem

Profligat, tantum nominis astra dabant.

Quid prodest claros circulis belliq; domiq;

Quid claros Ostro progeniisse viros?

Quid Regi Castram prodest nupsisse puellam?

Prostratum sceptrum gemmis, auroq; superbum

Omne tuum est, Ostram palluit omne tuum.

Zunica, BE
perdecentis aviles eunt; dicitur dicitur colonies

perdecentis aviles eunt; dicitur dicitur colonies

Zunica progenies, magni germana Diani,
 Regia quo maius nil habet aula viro.
 Zunica progenies digne coniuncta marito.
 Quam tibi, cui maior causa doloris erit?
 Quando pares olim coniunxit pronuba Iuno?
 Quando magis castum viderat illa torum?
 Nulla querela olim caros turbavit amantes.
 Vos potuit citius soluer: amara dies.
 Non bona sponsa negas, quod vult Hernandus, idemque
 Quod Catherina cupis, non bone sponse, negas.
 Quod pulchra sitis, non mirum, prole parentes
 Facti, fertilius mutuo amore nihil.
 Iure ergo in luctu, in lacrymis versaris, & igni
 Iure tuo extincto, nunc tua friget aqua.
 Non dominum imponit Virtus, durumque tyrannum,
 Oppida communem subdita flete patrem.
 Clementem, iustum clamant, audite querelas,
 Ut nostra Zephyrus flebilis ora ferit.
 Tuque tuum in primis Comitem Gallacia luge;
 E capite elapsa est clara corona tuo.
 Te magni Comitem domini fecere Philippi,
 Carus eras nato, carus erasque patri,
 Dum pater impuris inferret bella Brittannis,
 Ipse tuo Regis cuncta pericla subis.
 Mars, tamen ipse ferus parcis, Neptuneque, parcis,
 Seruat ab igni uonis Iuppiter insidijs.
 Ad Lusitanum Regem legare propinquum,
 Impositis fiducie fungere munereibus.

Cum Draco Gallaicas notas inuaderet oras,

Te populi castrum verè habuere suum.

Armatus noto naues à littore pellis,

Descensum prohibes, viribus idq; tuis.

Vt subiit pondus Regnorum maximus hæres,

Ad caram primus mittere Parthenopen.

Mitteris antè alios, quod magna Neaplis egeret

Ipsa viro, insignis qui probitate foret.

Eccè magistratum ostentas, ostentat & ecce

Ipse magistratus te simul esse virum.

Plena pīj officij fers hinc mandata supremo

Pontificum Regis nomine cara tui.

Te comitatu, auro, argento, gemmisq; superbū

Vrbs vidit, vidit Orbis in Vrbe simul.

Totam occurrentem Romam vidi, Angelus altus,

Fulminea signum latus ab arce dabat.

Quām dignè Clemens tectis accepit in altis?

Quām dignè audiuit? quā referenda dedit?

Ardenti circum rutilabat murice lēna,

Totus & assurgit maximus ordo tibi.

Ecce reuertentein Capuz te mœnia nostræ

Accipiunt dignis omnibus alta modis.

Fert quæ diuēs ager, fert quæ Veturus, honesta

Munera, digna viro, dat sua dona Capis.

Pontem, arcēs, muros cōmendas, fluminis aliueum,

Ciuis at inprimis maxima castra fidem.

Ecce operam dantem summa cū laude Philippo

Te subita Partæ corripiuere manu.

Siren sublatos tristis nube lugēt honores,
Delicias luges, Pausilype, ipse tuas.
Tu, Sebethes, sinum tumidus Crateris obortis
Implesti lacrymis, nec sinis ire grauis.
Carus eras magno, quamuis tu parvus, Ibero,
Hernandi factus carior ergo fores.
Qui Castrum terris nostrum non luget ademprum,
Non homo, sunt cordi publica damnata malo.
Qua vis expugnat nobis tam nobile Castrum
Quando iterum nobis nobile surget opus
Ecce resurgit opus; gaudemodo magna Virago,
In natu, genitrix, ecce resurgit opus.
Quam cum Regi suo Comiti bene conuenit alio
Cum Comite ut Regi conuenit usq; suoq; suoq;
Concedis factō tandem, Rex magne Philippes
Consurgit natus, magnaq; sceptra regit.
Tu quoq; magne Comes, Naturæ deniq; cedis,
Atq; vices natus suscipit ipse tuas.
Tē fidam Comitem ostentas utrisq; Philippis,
Das operam nato, das operamq; patri.
Ecce senem quanti faceres, discedis, ut illi
Proximior fieres; perpetuusq; Comes.
At Nato soboles domino, non dedecet ætas,
Ad magnos usus magna relicta tua est.
Hispanos inter proceres nitet alter in aula,
Alter Parthenopes grande subiuit onus.
Parcite vos Populi lacrymis fidi: ille senectam
Exuit, in natu firmior ille suis;

Inquè


Inquè etiam nato rectorem sentit eundem. Id est
Parthenope, agnoscit dona Philippi eadem.
Vno pròq; duos annosq; pullulat arbos.
Felices ramos Cæstra, nonosq; feret.
Hesperijs redit duplex, idemq; duabus.
Hesperus estq; tuæ, Lucifer estq; mætræ.
Quod nati doleant, nihil est; gaudet, inclita proles.
Ambo estis vestri maxima imago Patris.
Desuis esse vxor, nihil, optima Roscia, perdis,
In natis carum cernis, amasq; virum.
Coniuge præterea coniunx in te ipse superstes,
Atq; vno coniunx tempore, & vxor ades.
Has admittit meas lacrymas, admitte leuamens.
Postulat hoc pietas, officiumq; meum.
Regia supremi Regis nunc accipit illum.
Et cum Rege nouo gaudet honore suo.
Conspicit unde suos latuus, simul optat honestos.
Ostenditq; suum quod teneatis iter.
Hic magis ille potens, præsens magis inde reliquis
Expectat, lacrymis, Zunica, parce tuis.

MICHAEL MORELLI
CAMERUNI
SUPPLEMENTARI
LIBRARIA



N R A P O L I

1800. LIBRERIA DI NICOLAUS MICHAEL MORELLI.



IO. CAROLI MORELLI
C A M P A N I
EPIGRAMMATVM
L I B E R.



N E A P O L I,

Ex Typographia Ioannis Iacobi Carlini.
M. DC. XIII.

TO CARGO MORTUO
CAMBANI
MUTAMMAGI
J E S I



N E A P O L I

Ex Librariae Societatis Ieronimianae Lipsiorum
1711

JOANNES CAROLVS
 MORELLVS
 DECIOSAVCIO
 PATRONOSVO. S. D.



I mibi consilium foret, clarissime
 Deci, tua in me merita enumera-
 re, Istibmon profecto, ut aiunt, fo-
 dere mibi viderer: tantoq; tibi me
 obligatiorem existimo, quod non
 meo tribuis merito, sed ex tua hu-
 manitate id totum est profectum:
 cui cum gratiam nullam referre valeam, pudet ver
 bis mibi saltem satisfacere non posse; quod si omnem
 eloquentiae fontem exhaustirem, nihil tam magnifici
 dicere possem: quod ad tuas laudes exile non videre
 tur, nec ullo tanto effici potest praconis, ut claritas
 tuae maius quippiam splendoris addatur. Ite omnem
 nostrae Capuae Solim, Lunam, ne dum cætidam ste-
 lam existimant; & licet ruis in virtutibus liber
 velut habenis, apertisq; eloquentiae campis, docti
 mus quisq; euagetur, tamen in eam omnes venia
 sententiam. satis fibi de te dixisse videri, si omni
 tiosi laudem imparem faciantur. Verum finan-
 ipsum tantum rumorem tuae existimationis esse
 cinatorem; qui vir es non literis solum, ac moribus

integratate, verum etiam rara prudentia, miroq; re-
 rum usu insignis; qui virtutem amas, faves, donas:
 qui noua edificas templam, vetusta exornas, facella
 transfers, non tibi, tuisque, verum pietatis causa pu-
 blicae commoditati; quiq; ambabus manibus paupe-
 ribus largiris. Ut ad rem igitur recurrat oratio, est
 in animo pro viribus rependere; non vereor, quin
 pro tua eadem singulari humanitate, animiq; ma-
 gnitudine meum sis libenter munusculum acceptu-
 rus. Epigrammata mea nonnulla collegi, cumq; ea
 scriberem, non erat is animus, ut euulgarentur;
 amicorum suasu, vel potius impulsu in lucem edere
 constitui. Patere obsecro tui celeberrimi nominis ti-
 tulum ipsi operi velut faciem quandam prælucere;
 nec quiuis, vel alienigena, vel nostra in patria na-
 tus, ad quos, ut res tulerit, scripseric, vel rei mili-
 taris gloria, vel literarum studijs, vel titulis quan-
 tis, quantis coruscus, se Decio Baucio dono misum
 i*ri* grauari debet, cuius præterea generis nobilitatē
 auersari minimè potest. nulli auribus damus. O ve-
 ra dicentes omnibus placere debemus. Bauciorum
 familia Capana in Urbe suo ab initio semper sum-
 ma in honore fuit, quiq; nobilitatis in ea amplissi-
 mi sunt honores, ijs semper functa, ubi non solum
 cum vetustioribus sanguine coniuncta est familyjs,
 verum eam etiam clarissima queq; Neapolitana
 nobilitas sibi affinitate copulauit, plurimi facit, atq;
 jure in oculis. Ea est enim Bauciorum familia, qua

Caroli

Caroli Primi in Neapolitanis Regni expeditionem
ex Narbonensi Gallia auspicia sequens, ob egregiam
belli, domiq; nauatam operam, multis oppidis in eo-
dem regno donata claris titulis diu enituit, cuiq;
Reginae nubere non sunt dignatae. Et quamquam
hoc tempore altera fortuna ratio est, tamen adhuc
suum pristinum retinet ingenium, gloriæq; adiutoria
diosa est, ut pro ea vel conseruanda, vel consequen-
da, uno tantum excepto Deo, omnia contemnat; eosq;
viros semper tulit, quos florentissima queq; urbs,
regnumq; nobis inuidere possit. Accipias ergo bita-
ri fronte quidquid mitto, meq; totum simul accipe;
quod si aliud gloria, laude, æternitate maius dare
possem, tibi dedisset; & quanquam æterna fortasse
non erunt, dedi tamen tanquam futura. Vale. meq;
amare perge. Neapoli. I. ab. Sextilis. M. DC. XIII.

M

Ad Alfonsum Gesualdum Cardin. Episcopum Ho-
stiensem, cum Neapolit. Archiepiscopus
creatus esset.

Inferior longè non nostra Neapolis Vrbe,
Si tantam sedes hanc facit esse Petri.
Esto, Pontificium summus, cui summa potestas
Desuper in terris, vnuis in Vrbe sedet,
Quis negat hoc nobis? consors decerneret omnis
Pontificem dignum te quoq; Roma suum.
Parthenopen idem, tantus, qui, quantus ut Orbi
Esse satis posses, accipis, atq; regis.
Parthenope felix, cui cum plus indiget, vni
E Cælo tantum mittitur auxilium.

MAgna esset quamvis; & nota Neapolis Orbi
Huic, tamen ignotum, quis locus esset, erat.
Id benè decernit dominatrix deniq; Roma,
Est Romæ standum deniq; iudicio.
Ut Patrum primus, toto qui regnat in Orbe,
Iure tenet sedem Principe in Vrbe suam,
Sic tibi Parthenopen Patrum, Gesualde, secundo
Tradens illa, tibi censuit esse parem.

MAgna diù fuerit quòd nutrix Ilia, magnum
Et mirata diù sit iuuenem, atq; senem,
Inuida quæ poterit nobis hæc lingua negare?
Clara tua est tantum Parthenopea parens.

Et tamen illa tibi facta est modò filia; maius

Addo, etiam iuncta est sponsa pudica viro.

Tam Iouis haud miri partus; connubia nec tam

Mira, potest virtus hæc, Gesualde, tua.

Ad Iulium Antonium Sanctorum Cardinalem.


Ecclæsiæ dicens pro causa fortè Philippum
Appellas dominum purpura sacra tuum.
Non tulit hoc Princeps auersa mente Quiritum.
Vnum se dominum prædicat esse tuum.
Affirmas dominum Sixtum, dominumq; Philippum
Contendis forti pectore & esse tuum.

An quid sit fidei defensor? maximus idem
Regum? Rex idem sit tuus, auctet, amet?
Magna quidem est omnis Regis tibi causa colendi,
Maxima, quod tulerit patria plena fide.
Est Campanorum pro regum occumbere causis,
Sanctorio maduit sanguine sapè solum.

Ad Vgonem Verdalam Card. & Melitensem ma-
buli regi gnum Magistrum.

Te Cruce religio, gladio te robur, & ostro
Te decorat pietas vndiq; sancta sacriss.
Ecquis adhuc Mundo tantus resplenduit heros?
Et cui maiestas tua veneranda tua est?
Crux facit horrendum Stygijs, mortalibus entis,
Miscet cum Superis purpura, datq; locum.

Ardenti læna dum vestit murice Sixtus
Vgōnem, causam tu mihi, quæso, refer.
Fecit, vt addatur Melitæ, vel gloria Romæ?
Altera vt alterius, fecit, honore micet.



Dicitur in primis Melite præclara fuisse,
Esq; textrinis insula sacra bonis;
At meliora tamen potuit, vel talia nunquam
Texere pro Ducibus patria grata suis.
Et licet ipsa Tyros tot vellera murice tingat,
Non tamen es Romæ tu æquiparanda, Tyros.
Das verum tu sola ostrum , decus addis & ostro,
Urbis, vestis, decoras tu satis yna Duce.



Verda læ magnum nascenti Iuppiter æquus
Præbuit Vgōni robur, & ingenium.
Hoc Sophiae sapiens Pallas, Mars belliger illud
Militiae studijs instituere suis.
Ut fieret notum quantum præstaret alumnus
Robore, concessit Thrax propria arma Deus.
Ipsa toga tandem vestit nunc murice tincta,
Ac ostentat opes Attica Virgo stas.

T

Ad

Ad Octauium Cardinalem Aquiuium Neap.
Archiep.

Hæc tres fatali Sirenes æquora cantu
Mulcebant, nullus nauita tutus ijt.
Callidus ast vñs contemnere sciuit Vlysses,
Et desperatas obruit æquor aquis.
Mœnia nunc implet peiores, mittit in horas
Parthenope è tumulo millia mille suo.
Quid canitis? peiora manent; Aquiuus ab Urbe
Præficitur sacræ maiori Vlysse rati.

Ad cundem in Hieronymi Aquiuui Ducis Hadriæ
Patris obitum.

Propter eos tantum debemus fundere fletus,
Cum quibus extincta est fama, & humata simul,
Carmina magno Hadriæ debentur læta: superstes
Ille sibi, viuit docta per ora virum:
Gratulor ergo patris tibi fata, libentius idque,
Quod nato dignus sit pater, ipse patre.

Si proles verax existit patris imago,
Et satis in natis noscitur ille suis,
Vir fuit in terris genitor: benè notus in orbe
Est toto, cuius natus in Urbe miscas.

Gloria te faceret, genitor, si nulla perennem,
Quem tamen aeternum gloria multa facit,
Sat foret una tibi natorum gloria multa,

Ut posses Diuum dicier ipse parens.

Annosus tandem naturæ cedis, eosdem

Tu germen fructus integritatis habes.

Ad Decium Carafam Card. & Neap. Archiep.

Abstulerat capiti patriæ, Garafa, tiaræ
Inuidiosa tuo gratia nulla decus,
Illa immota tibi Romano stabat in ostro,
Æterno in libro scripserat alta manus.

Scripserat alta manus, stat mitra notata sub ostro,
Ut venit maius, sponte secuta minor.

Ianitor id coeli benè P. A. V. L. V. S. nouerat unus,

En tibi temporibus donat utrumq; suis.

Aufertur nulla promissum desuper arte,

Dilatum, meritis auctius inde venit.

Ad D. Thomam Aualum de Aragonia, de Aquino
Antiochiae Patriarcham.

Quod sceptris es iuncta domus, non Auale, mi-
Sanguine, quæ Regum sanguine clara domus.
Quod fortis, belloq; potens es dicta per Orbem,
Nec miror duro Marte priunda domus.
Hoc tantum, vix credo mihi, demiror eandem

Te sanctum atq; humilem progenuisse virum.
 Hoc nisi sit, quid erit? stirps candida pullulat intus
 Almi Aquinatis, germen es vnde nouum.
 Vna, eademq; solet sic radix insita ferre
 Sponte sua niueas, purpureasq; rosas.

**Ad Deodatum Gentilem Casertæ Episcopum. Num-
 tium in Neap. Regno Apost.**

MAnnini, Clemens Octavus, morte relata;
 Magnum perdis, ait, tu, mea Roma, virum.
 Gentilis merito noit & succedat honori,
 Cognitus in magnis rebus & ipse diu.
 Eccè nec ignotum Paulo te cernimus auctum,
 Aucturus Princeps creditur inq; dies.
 De patria, de gente Crucem quæ stemmata tollunt.
 Deq; sacro altiloqui stipite Dominici,
 Esse nequis numeris nisi cunctis editus, Heros,
 Ipse Deodatus es, cætera sponte patent.
 Debitus vnuſ honor virtuti purpura cantæ,
 Virtuti cantus debitus vnuſ honor.

Ad Cæſ. Costam Capuæ Archiep.

SAturnalibus his diebus vltro
 Si, citròq; licet dari, & referri,
 Sumas, quod mea musa dat libenter
 Donum, quo melius, decentiusq;
 Indus ne ipse quidem daret superbus.

Cari

Carmen Cæsaribus decus perenne,
 Do, Cæsar, tibi carmen; at remittes
 Quid? quamvis fatear rudi Camœna
 Te lecta mihi præstisſe magna,
 Præstarès tamen ipſe nil egenti.
 Id solum mihi, te rogo, remittas,
 Quod forſ abſtulerat, tuæq; Roma
 Comprifit manū; mihi ſalute
 Non ipſa fuerit magis cupitum;
 Da, nam dat ſenior Deus libenter.
 Da, nam syntheſib; ſolent diebus
 Gaudere his domini, ſuisq; ſeruis
 Latidant operam; haud pudebit, cia,
 Poſt rasum caput eſſe me daturum
 Maiorem olim operam, libentiusq;

Ad eundem Romam profeeturum.

I Cæſar, pete perlībenter Vrbem;
 Vefteſ te Tyriæ manent, vocantq;
 Felix carpe age principem viarum.
 Tristes non Hyades, nec aut Orion,
 Sidus Pleiades nec aut niuolum
 Nascentur, neq; Luna cum rubore.
 Ne queras tibi gallicas, lacernas,
 Vteris modò, calceis, togaq;;
 Nam fieri tibi ver hyems cunti.
 Occurret ſacer obuiam Senatus,
 Et

Et claves tibi Dij , Dexq; eradent.
Cui non Cæsaris est aperta virtus?
Et fortuna? per ora cuncta viuis.

Ad eundem.

A Rgenti ad cultum misso mihi pondere , mirum
Non est, cum victimum tu quoq; suppedites.
Victum? desperata salus, atq; ocia fulgent.
Quid mereo? ah quantum soluere difficile.
Inuitò credas mihi largirere, fuisse
Cæsareum semper ni dare, egere nihil.

Ad Annibalem Capuam Neapolit. Archiep.

P Arthenope à sacro Sirenas mille sepulcro
Tres vltura neces deliciosa parit. **D**
Omnia pestifero sunt cantu mœnia plena,
Est plenus pontus, collis, agerq; sonant.
Heù, quis non capitur cañtu? somnoq; grauatus
Non fit monstrorum dentibus esca teris?
At tu stans puppi sacræ dux nauis in alta,
Et ciauum mira dexteritate regens,
Nō modò te incolumen seruas, sociosq;, sed omnes,
Qui iacent oculos in te aliundè suos.
Prò dolor, vt penetrat sub manes fama, sorores
Se se præcipites dant Phlegetontis aquis,
Et noua Sirenum soboles Crateris in vndis
Obruta continuò luxuriosa perit. **A**

Ad Ioannem Vitellium Capitaquensem Episcopum
olim Calenum.

Virtuti nimirum tuæ erat domus arcta Calenum,
Vitelli, nouit deniq; Roma satis.
Ecce dioecesis, qua non videt Itala tellus
Maiores, fidei tradita iura tuæ.
I, subeas munus; commisso consule ouili,
Audiat Vrbs, dicat, sunt quoq; parua viro.
Sic tibi Nestoreum superi dent viuere, Præsul,
Ut te prisca etiam purpura in Vrbē manet.

Ad Benedictum Manninum Casertæ Episcopum.

Domi tua sacra caret, Benedicte, iuuenta magi-
stro,
Et quæris dignum te reperire virum,
Alter es Æacides: magno, qui tradit Achyllem,
Phœnici dicit qui bene, idemq; facit.
Qui bene tam dicat, si mittere forte neq; imus.
Quod maius faciat qui meliora, damus.

Ad Paulum Regum Vici Equestris Episcopum.

Audiat hæc artas, nequist quæ sera docentem
Paulum audire olim, te modo, Paulc, suum.
Hinc etiam raptus, nonisse arcana videris,
Qui Superum nobis tam bene pandis opes.
Parthenope felix, cui Petrum cernere quondam,
Gigne-

Gignere nunc Paulum contigit, atq; frui.
Aqua magis felix, cui missus Apostolus vni,
Tarsensi dignus perficis officium.

Ad Paulum Æmiliūm Sanctoriūm Sanctissimi Papaz
Referend.

Sit quamuis, vt fama tulit, subducta Quirini,
 Sanctori, patruo summa corona tuo,
 Non cadit ille tamen, quantus non cognitus ante,
 Maior in offensa fulsit, habetq; gradum.
 Purpura sit quamuis vna subtracta nepoti,
 Ipsa tamen virtus non suo honore caret.
 Ergo viro tanto cum dignus vbiq; canaris,
 Fortis & ipse feras, conuenit, inuidiam.
 Iudicet id fanus qui quis: est vera mererit
 Gloria, non vera est gloria habere decus.

Ad Ioannem Petrum Micillum Deodati Gentilis
 Casertani Episcopi Apost. in Neap. Regno
 Nuntij Auditorem Camp.

Care Casertanis semper, Micille, tiaris,
 Gessistiq; sacram qui benè sēpē vicem,
 Deniq; Gentilis iudex, qui & Nuntius alta
 Ius in Parthenope dicit Apostolicum;
 semper nostris fauisti rebus honestis,
 Et nostri causa sensit amicus opem,

Non

Non minor hic sit apud maiorem gratia nostri.
 Hic æquè, ac alibi noscis in officio.
 Detenctum in vincis tibi commendamus amicum,
 Est cui totius tradita summa fori.
 Innocuum debes tutari iustus ubique,
 Vitrà aram nobis non sit amica domus.

Ad eundem. 2

Te fortunatum dicunt, Micille, potentem.
 Dicunt Fortunam sponte favere tibi.
 Obscurare tuum credunt sic nomen iniqui:
 Fortunæ nullum numen, inane volat.
 Fortunam sibi quisq; facit: prudentia vitam
 Si regat, es felix, ni regat vlla, miser.
 Perge, vt cœpisti vitæ sapienter habendas
 Aut laxare tuas, aut premere ipse tuas,
 Quæ tibi amicitias prudentia gignit, honores
 Illa tuis meritis gignit ubiq; pares.

Ad Io. Dominicum Riccium Camp. Prothonot. Apostolicum concionatorem celeber.

Ricci, cum reseres arcana superna fidelis,
 Famaq; doctrinam docta per ora ferat,
 Hic auditores concurrunt vndiq;, clara
 Deserit in primis littora Parthenope.

Sic,

Sic aurea Diuum interpres traxisse catena
 Auribus innexos creditus est homines.
 Cum verò semper placeas, cum semper & auris
 Non saturata vñquam pendeat ore graui,
 Non est cui possis conferri; mislus ab alto
 Dicendi exemplar diceris esse nouum.

Ad Io. Baptistam Attendolum Camp. poetam per-
 ritissimum, eum Puteolos vocans.

TAntùm ergo ripas Vulture, Cycne, vadosi,
 Et Tiphatorum culmina nota coles?
 Sat monti, fluuioq;; vocat nunc Nereis, olim
 Hanc & Sebethi dulcis amauit olor.
 Audi etiam vatis Cumani, Attendole, vocem,
 Cycne, ait, huc venias, hic magè catus eris.

Ad eundem de diui Petri lacrymis Tansilli poëma-
 te ab eo emendato.

FRigidus ardenti percussus lumine C H R I S T I
 Distillat lacrymis, serpit humiq; Petrus.
 Serpit humi Petrus, currunt cœnosa fluentia,
 Purgat nemo pia sacra fluentia manu.
 Vix digitis tangit primis Attendolus, aurum
 Protinus in fluidum tacta cucurrit aqua.
 Non sic effeçus diuus Pactolus, auarum
 Lydorum Regis cum tetigere pedes.

Tansillo Petrus, tibi verò; Attendole, debet
Tansillus, patrium debet utriq; solum.

Ad Camillum Peregrinum Camp. de dialogo super
Tassi Loffredo edito.

VT solet extērnæ vires aperire peritus
Mercator gemmæ, quæ preciosa micet,
Omnibus occultas, aut paucis fortè patentes,
Non omnes notas, nec, Peregrine, satis,
Omnia: sic Tassi per te patefacta poetæ
Lumina, sic per te lucidiora nitent.
Te simul ostendis cunctis magnum esse poetam,
Præceptis nolunt credere, ficta legant.
Si tumet altisono Tassi Pàdus ære, sonora
Non tua Vulturum fert lyra ad astra minus.

Ad Franciscum Isam Camp.

SI quid quæ matri succrescit planta recisa,
Posthumus & patris quid retinere solet,
Qui fuerit noster Campanus Næuius olim,
Noscere, si sanus te legat, Isa, valet.
Si tot Campanus luces post secula sanguis,
Integer in priscis qui fuit ille viris?
Inuidus haud dicat Campana superbia turget,
Cum tantum præstes vir nouus ingenio.

Ad Cæsarem Mancinellum.

Q Vando abit, atq; redit nobis æmne ocior an-
 quis non dat domino dona ferenda suo?
Quisuè animum gratum famulo non indicat, illi
 Dans aliqua, vt crescat munere cara fides?
Ast ego inops caro quæ mittam dona patrono?
 Et diues Carolo quæ dabis ipse tuo?
 Sume animo læto quæ possum mittere dona,
 Maiora his nequeo, nec meliora dare.
 Mecænas meus es, Meeænas carmina laudat,
 Do Mecænati carmina grata meo;
 Sisq; mei solum memor, & defensor in Vrbe,
 Nil cupio ulterius, nil meliusq; dabis.

Ad Ant. Angelicum Cæsaris Capuz Archiepiscopi
Vicarium.

Credit ut Angelicis manibus bene Iuppiter Or-
 Ut voluunt orbes Angelicæq; manus,
 Sic tibi committit Cæsar Iouis æmulus Vrbem,
 Antoni, nostram, sic regis ipse datam.
 Omnibus ut vitam rebus chorus ille ministrat,
 Campanis pacem sic tua cura tuis.
 Angelus hic quamvis parvus dicare, minorem
 Te tamen haud censem, quam tibi Roma satis.
 Si verò afflictis Caroli medicabere rebus,
 Raphael magnus tu Carolo alter eris.

Ad Pompeium Peregrinum Campanæ Ecclesiæ
Decanum. S. T. D.

Q Vadraginta inter sedes dignissima', mitræ
E regione sacri prima corona chori,
Adiutoriem oneri gaudemus, eumq; nepotem
E tuum potius, traditum ab urbe tuo.
Sic cibi succedat Superorum in sede vocato,
Q od tu penè alter velle videre pater,
Dignos ut is patruo, non hæc damus auribus, olim
Successisti patruo talis & ipse tuo.

Ad Stephanum Benedictum Camp Campanæ Ec-
clesia Archidiac. S. T. D.

C Ommines, Benedicte, tuos ut semper honores,
Munus amicitiae postulat, ipse putem.
Te nuper vidi decoratum tempora lauro,
Et decorata simul tempora crede mea.
Te video in Stephani nuc auctum principe templo,
Mihi oculus videor Præsul esse simul.
Prosequitur cunctus te noster ciuis amore,
Et nè prosequier visus amore pari.
Virtutem doleo commanem non mihi tecum,
Vix tibi ortus honor tantus, & ortus amor.

Ad

Ad Laurentium Monocillum Camp. Campanæ Ecclesiæ Primic. S.T.D. ex cuius familia fuit
S. Stephanus Calatiæ Episcopus, in
Stephani fratris obitum.

FLes immaturo præzeptum funere fratrem,
Et simul antiquam penè ruisse domum.
Principis accensus qui Prinsuscæreus ædis,
Extinctus nè alijs tu potes esse foris?
Quem sacri docuere libri; sacra laurus honestat,
Qui labor iste tibi tantus inanis erit?
Qui verbis alios erexti sæpè disertis,
Hos cadere exemplo nunc patiere tuo?
Quæro, quid in terris nisi Cœlum scandere quæris?
Cœlum quæris adhuc anxius, ille tenet.
Iunctum almo Stephano gentili crede, coronis
Emicat ille suis, emicat ille suis.

Ad Scipionem Donatum Camp. Campanæ Ecclesiæ
Primicerium. S.T.D.

Ergò meam laudas, dulcissime Scipio, musam?
Ergo digna legi, luceq; visa tibi? i
Qui vox in Stephani psalmos, hymnosq; canentis
Es Domino dextri prima locata chori,
Es qui multiplici doctrina clarus, honestat
Laurea quem sacri gloria prima libri,
Es qui non vilis yates, non falsus amicus.

Est tua non parui mens facienda mihi.
I, liber, ad prælum tanto laudatus ab ore
Laudatis fies carus vbiq; viris.

Ad Io. Petrum Pacconum Camp. S. Mariæ Maioris
Primicerium.

TE miseror, mirorq; simul, Paccone, quod ast-
Te cruciet; forti pectore quodq; feras.
Idq; magis miror non munia linquere sacra,
Et nihil esse tibi dulce labore magis.
Cui populi multi commissa est cura, choriq;
Esse alijs debes ipse lucerna micans.
Cui sacri arrident libri, huic patientia fructus
Tranquilla, ignotum, quos ferat, esse nequit.
Hic fecer, hic vrar dicentem audiuimus, inter
Æternum superos sit modò parta quies.

Ad Vincentium Morellum Camp. S. Mariæ Maioris
Canonic. nepotem domum ab Vrbe reuocans.

Carior ò patruo, quam patri, partus vbiq;
Ingenij nostri, dulcis vbiq; comes,
Me nè tuo credis conspectu posse carere?
Te sine me credis viuere posse diù?
Ipse tuæ quamuis fructus pietatis in Vrbē
Reppereris, visas templaq; cara tibi,
Est tamen eiusdem pietatis spernere caros

Nolle

Nolle tuos oculos claudere velle seni.
 Ædis præterea quæ stat Campana MARIAE,
 Collegam ad numerum te vocat alma tuum.
Ad Michaelem Monicum Camp. Beneficiatum
 S. Rufi.

DAs nostræ viuos Galateæ carmine vultus,
 Dixisses melius qui rude marmor opus;
 Si nota artifici sua sunt; informius illo,
 Credas, à nobis prodijt ante nihil,
 Quod spernunt alij, non tu laudabis, haberi
 Ne dum vis lynceus, mente carere putent.
 Spernere ne laudes tanti videamur amici,
 Cui nünquam tribuit patria nostra parum,
 Hoc ferimus tantum, nostræ si gratia musæ,
 Mutuat hanc nobis dulce Maronis opus.

Ad Lucam Pisanum S. Prisci Rectorem.

SPONTE solent partus proprij plerumq; placere,
 Et plerumq; simul laudat amicus homo;
 Ipse meos numeros extollis amicus ad astra,
 Ipse auctor numeros negligo sponte meos.
 Diligis ergo nimis, nimioq; agitaris amore,
 De me ego, parce, vni vix mihi credo satis.
 At quoniam tribui multum tibi semper, iniquum,
 Estq; viri tanti spernere iudicium,
 Exeat in lucem Carolus, modò musa Pisani,
 Est luce hoc dignum, prævia dicat, opus.

Ad Ferdinandum Vastanum Camp.
Vicarium Foranum.

Nihil abit, Vastane, dies, quin inter amicos
Parthenope fiat mentio digna tui.
Te plerique dolent nunquam venisse, putantque;
Quæsitor quoniam factus es ipse fori.
Nolle latus dicunt alij te linquere Falci,
Atque huc, ne perdas, nolle venire, locum.
Cedo, quis iste locus? Carolo rescribe petenti,
Ni fiet, scribet forsitan Isa tuus.
Ast ego, nec fallor, cunctis præponere rebus
Commissi curam te puto, credo gregis.
Sit quidcunque, modò venias, si quando vocaris,
Ut cunque est, rebus consulis ipse tuis,

Ad Io. Vincentium Vectam. S.T.D.

TE multos annos tenuit pulcherrima Siren
In studio sacri, candide Vecta, libri.
Ecce virens tandem tua laurus tempora cingit,
Et cingit digitum candida gemma tuum.
Hoc facio magni, tibi grator; pluris at illud,
Quod te delicia non tetigere sinus.
Non mirum a teneris, illis voluentibus, annis
Moribus ornatum nouimus ingenuis.
Ergo domum redeas, expectant munia sacra;
Te manet in sacris plurima cura gregis.

Ad

Ad Baptistam Menzonum. V. I. D.

Non, Baptista; tibi frater, tibi non soror vlla,
Vnicus es matri filius, atq; patri.
Omnes deliciæ solus Baptista parentum;
Vni Baptista sunt bona cunæta domi.
Legibus insudas, vbi tantum proficis ardens,
Vt tibi non facit nominis indeparum.
Credimus en iungi cum te sanctis Himeneis,
Esset vt indè tua progenie aucta domus
Munia sacra subis, puerum, vt quem casta iuuabat,
Ducere casta iuuet lustra futura virum.
En sacram ad primum lautissima mensa paratur,
Acceptus C H R I S T V S munere primus egens.
Imo pro sposo sponsa es, Menzone, superna,
More Dijs placito scis celebrare diem.
Ad Io. Baptistam Perinum Camp. I. V. D.

Si patriæ, patri quiuis, si natus amicis,
Nemo vni natus dicitur esse sibi,
Post quam sacrarum sic nosti enigmata legum,
Vt partum capiti sit decus indè tuo,
Et prodesse tuis præsertim munere legum
Ipse potes, repetas, docte Perine, Iares.
Publica præsertim vocitant sacra, cuius abesse
Non sortis debes pars preciosa rei.
Præterea vitam turpis res degier illis
Est foris, esse quibus possit honesta domi.

Ad Hieronymum Faluum Campanam
Academiam clausam querens.

F Alue, Academiæ nostræ quid contigit? eheù,
Quàm tacet illa citò, quàm ruit illa citò,
Inuita forsan fuerat fundata Minerua?
Et sine non potuit numine stare diù?
Talia non dicam. sex non inuidit Athenis
Patria gymnasio nostra loquent suo.
Desidia ò semper Capuæ fatalis, honorem
Et veterem perdit, perdit & illa nouum.
Si mihi quid scribes, totam periisse negabo,
Et meritò, noster pars bona Flauus erat.

Ad D. Benedictum Vuam Camp. Cassinatem.

C Vm lego, sàpè lego, prudentes, Vua, puellas,
Altisono nuptas quas canis ore Deo,
Nescio diuini sapiunt quid metra saporis,
Et quid diuini nescio odoris olen.
Non tales dicam Parnassum ferre liquores,
Ut potus posses talia, tanta loqui.
Aureus illius tu palmitis, Vua, racemus,
Qui veræ palmes vritis ubiq; viget.
Nursinus palmes tuus est, est vritis I E S V S,
Quid miri, tantum si tua Musa placet?

Ad D. Iacobum Graphium Camp.
Cassinatem Abb.

Q Vòd scribis Graphicè, Graphi, tuosq;
 Tellus tota legit, probatq; libros,
 Cassino tribuunt tuo, ferenti
 Partus spontè sua pios, peritos.
 Doctrinæ domus illa; sanctitatis,
 Esto vinea, seminariumq;
 Esto, vera canunt, sed odioso
 Tegunt plura silentio, relinquunt
 Debitos patriæ, & tuis honores.
 Num gens, patria; quām modo es, minorem
 Cassino dedit alma? laureatum
 Suscepit Benedictus, & pudicum.
 Est nostræ Capuæ, tuq; gentis
 Natos edere semper efficaces.
 Vidit Parthenope, vrbs, & Orbis omnis.
 Te gaudent socij ut suum videre
 Præsulem, meritò domus beata,
 Qui rem tantus homo geris pusillam,
 Quantus qui gereres benè vniuersam;
 Dignus, quem decoret nitens Quiritum
 Ostram, quem decoret Petri potestas.
 Te tanti meritò decent honores,
 Ardens qui omnibus es, Graphi, lucerna.

Ad Fr. Virgilium Qualerium Camp. Minimitarum
in Campania Provincialem.

Parthenopes quem clara audit prouincia ma-
Francisci minimus non Minimita tui,
Mitto tibi iuuenem, patriæ qui partus amatæ est,
Francisci eiusdem captus amore venit.
Suscipies, credo latus, quia mittit amicus,
Cuius es expertus non semel ante fidem.
Est malus, at resipit; vitæ se pœnitet actæ,
Auctorem vitæ te cupit esse nouæ,
Num falsus? doctrina adeò. & pietate coruscas,
Ut sidus dicant totius Ecclesiæ.
Seruato pro ciue tibi stat querna corona,
Quernam quam tellus non ferat, astra ferunt.

Ad Fr. Ignatium Seathonum Camp. Minimitam
concionatorem eximum.

Coelestis Minimita sator dulcissime verbi,
Digneq; Francisco miles vbiq; tuo,
Si tantum est alijs consultum, ut plurima messis
In Cœlum fuerit missa labore tuo,
Te patria & moueat; charitati iuncta supernæ
Ni magis, haud debet sollicitare minus.
Regressum en video, videorq; audire, potensq;
Ecce mala euallis gramina, sancta seris.
Ecce viæ Cœli ponis noua templa Mariæ,

Fundamen præbent antra superba Capis.
 En ad structuram currit lapis vndiq; sanctam,
 Eloquij sancti vis ea tota tui est.
 Sic olim Amphion Thebanam dicitur Vrbem.
 Fundauisse, sono faxaq; tracta lyra.

Ad Fr. Stephanum Morellum Camp. ex prædicato-
 rum familia Constantinopolim Vicarium
 generalem missum.

Tuta audes, teneris es quæ cōplexus ab annis,
 Linquere Dominici patria claustra tui?
 Tuta putas longi; Morelle; pericula ponti?
 Capturumq; putas littora tuta magis?
 Care Morelle, redi, à Thracibus, æquoris vndis
 Omne malum timeas, care Morelle, redi.
 Spes agnosco tuas; pro CHRISTO; i, pérge, laboras,
 Dum Romæ morem, quæ iubet ire, geris.
 Siue eadas ferro, aut vnda, durouè premaris
 Seruitio, ad uotum sunt ea cuncta tuum.

Ad Fr. Philippum Paschalem Camp. Minimitam, cui
 coruum piscein mittit.

Ne tibi quid coruus crôcitet, Minimita, sinistri,
 Qui formidabas talia sâpè puer,
 Mitto tibi coruum Campano è littore coctum.
 Ut sit tuta magis res tua, mutus erat.

Non

Non vidit filias, non montes vidi apertos,
Non visco captus, non pedicisq; meis.

Non cœlum pinnis, pinnis maris imâ secabat,
Attraxit vâsto vasta fagenâ mari.

Vescere, care puer, mensas decet ille pudicas,
Nomen auis tantum, rem tibi piscis habet.

Ad Baptistam Capuam cl. reg. olim Flauium
Equitem Hierofolomyt.

Es miles clausus, nuper qui miles apertus,

Terræ Solymæ miles ut ante, modò.

Crux tibi iamdudum munibat candida pectus,

At nunc insignit crux tibi nigra caput.

Tunc præcursoris miles, tunc miles I E S V,

Nunc Seruatoris miles, & alterius.

Cur ut qui Solymam gettabas corde supernam,

Præferres etiam deniq; mente bonus.

Restat ut occultus coram nunc te hostis inermi,

Armato cecidit notus ut ante, cadat.

Flauius & terræ, & Cœlo Baptista coruscum

Spectaculum, sacræ gloria militia.



VI

Ad

Ad Alexand. Ventrillum Iureconsultum Camp.

MUsarum studia extollis, fruerisq; poetis,
Teq; quod est maius fingere multa iuuat.
Et tamen oppugnas infesta mente poetam
Subdolus in causa, quæ mihi iusta fauet,
Desiste incœpto, aut vatum ne tange libellos;
Est hoc, est quodam prodere velle modo.
Dicis, vt ostentes callere sophismata, factum,
Hoc in iudicijs creditis esse decus?
Vt tibi conueniat tecum, defende poetas.
Defendes quoniam iusta, & honestus eris.
Siquè cauillari nolis desistere, prò me
Magnus Alexander sisquoq; , laudo, manu.

Ad Angelum Baronum patricium Camp.

ANgel, cum sedeas in puppi, prima regasq;
Cùm summa clauum dexteritate manus,
Alter ades Campanæ Vrbi, qui sustinet Orbem
Angelus, atq; manu voluit in axe suum.
Vt vitam concors Mortalibus ille ministrat
Motus, sic regimen ciuibus omne tuum
Si mens Campanis priscis hæc sana fuisset,
Staret adhuc nobis forsitan imperium.

Ad Annibalem Leonardum Camp.

Ecce sacri, Leonardi, fori reuocaris ad acta,
Gaudet vbiq; actor, gaudet vbiq; reus.
In tabulis spectata fides tua semper, vtrumq;
Et spectata simul postulat ante manus.

Nôstra

Nostra suo dulci gratatur Musa sodalis,
Et bene syncero pectore cuncta cupit.

At, quæ iudicio causæ vertuntur in isto.

Nostræ, sint cordi, poscit, ut ante, tibi.
Pro calami mercede tui cape carmina nostri;
Istis versiculis nobiliora tuis.

Ad Aurelium Valentiniū Iureconsultū Camp.

AVRELI, es factus Micillo affinis, amico
Quo mihi non ante hac carior alter erat.
Ut fuit hoc notum; causa mihi factus amici
Carus es; id voluit munus amicitiae.
Notior es factus factus mihi carior, ipsum
Micillo ut dicam surripuisse locum.
Parce, Micille, mihi, si tu postponeris illi,
Elegisse tua est gloria tota virum.

Ad Carolum Vitellium patricium Camp.

HISPANO Regi non es tu, Carole, fidus,
Deberes fiduci qui memor esse patrum.
Gallia quid nostræ Capuæ, aut tibi profuit unquam?
Et pateris gallos viuere, alisq; domi?
Perfidiaz delere notam cupis ipse? molestum
Da cædi gallum, nocte, dieq; necat.
Nec tu propterea diceris perfidus hospes,
Ut profsus culpæ suspicione vaces,

Mitte mihi, occidam, torrebo, deniq; vēscar,
Sim tibi Læstrigo, sim Polyphemus ego.

Ad Cæsarem Falcum Equitem Hierosol. Patricium
Camp.

Est Capis Etrusco si dictus nomine Falco,
Tuscaq; gens Capuam condit, & inde vocat,
Si gens Falcorum Campana pollet in Vrbe,
Et sua falcata mitem tollit auem,
Qui rem fundarunt, Ducibus Lucumonibus ortam
Falcorum gentem quis negat esse tuam?
Etrusci pietas, belliq; peritia mores
Ostentant summum clarius esse genus.
Ad eundem.

Aduersus duos cum forte cruentus
Consereret Belgas Austria Marte manus,
Cum foret inclinata acies, Aquilamq; superbam
Efferret victor barbarus Austriacam,
Magnanimus non ferre potes tu, Cæsar, in hostem
Irruis; en madidus sanguine signa refers.
Cæsareus nequijt victus te Cæsare dici
Sanguis. Virtutem quæ noua ferta manent?
Ad Cæsarem Vitellium Regium Consiliarium Pa-
tricum Camp.

Iudicia en tandem audiuit corrupta Philippus,
Officio vindicta fungitur ecce suo.

R Non

Non leuiter saltem maculatus nemo repertus
 Cæsar, es inuentus tu niue candidior.
 Ere magistratum sibi si quis comparat, ære
 Ille magistratus vendere iura solet.
 Quæsisti fasces tantum virtute mereri;
 Quid mirum reddas si mihi vbiq; meum?

Ad Cæsarem Vitellium Iuniorem Patricium
 Camp.

Es yolucrum Regina domi tibi, pauoq; semper,
 Alterna & gaudent semper amicitia.
Cur, Cæsar? tua adest nobis Lucretia Iuno,
 Ipse autem nobis Iuppiter alter ades.
Romanus vir tu sanguis, Alatria coniunx
 Sceptriteræ soboles fulgida Parthenopes.
Sic tibi dent Superi longeum pignus amoris,
 Quiuerit ut iungi maius in Orbe nihil.

Ad Clementem Honofrium Medicum, &
 Philosop.

CVM, Clemens, morbos cures feliciter omnes,
 Extinctosq; etiam Ditis ab ore voces,
 Te magno Phœbi nato conferre iuuabit,
 Aut ipsum potius dicere Phœbigenam.
Cum verò referes Naturæ arcana parentis,
 Et referas magnus qui generetur Homo,
 Ipsí

Ipsi te magno patri conferré licebit,

Latona aut ipsam dicere progeniem.

Tam bene d'iss reret de re facundus Apollo,

Sol, qui Hominem generat, omnia quiq; videt.

Ad Decium Baucium Patricium Camp.

Quod tu sceptrifero sanguine virginem
 Ducas Parthenopes, non tibi gratulor,
 Reginæ solitæ nubere Baucijs.
 Nec quòd diuitias dotibus augeas,
 Patrum diuitiæ sunt tibi sat, super;
 Nec vultu quoniam pectore candido,
 Vel nigris oculis, crinibus & nigris,
 Verbis mellifluis nympha hilaret virum.
 Non priuata tibi munera talia,
 At sunt digna quidem, queis ego gratuler.
 Sed quòd nobilibus prædita moribus
 Conformis veniat moribus hæc tuis,
 Casto digna viro, digna viro pio.
 Sic det Iuno tibi pignora dulcia,
 Quos dignos videant longa superstites
 Longævis etiam secla parentibus;
 Sic Lucina eadem partibus adsit, ut
 Iстis nil eadem pronuba nuptijs
 In terris habeat læta decentius.

Ad Decium Argentum Patricium Camp.

Sanguinis antiqui Campani germen, honesti
 Semper amans, Vrbis gloria magna noua,
 Clare domi, bellisq; , Deci, cui publica pollent.
 Tot commissa tibi munia nostra magis;
 Quod prodire mihi voluisses terre volenti
 In lucem largo munere latus opem,
 Hoc facio taneti, ut non solum præstata dicam,
 Sed Mæcenates tempus habere nouos.
 Est voluisse facis. Superis placet vna voluntas,
 Pyerides Diuum quis negat esse genus?

Ad Fabium Marchesium Iureconsultum Patricium
Camp.

Interpres legum, quo non prudeatior alter,
 Et quo non audit maius in Orbe forum,
 Suscipe, Campana tibi venit ab Urbe, clientem;
 Commendet per se patria patricio.
 Te bona Parthenope iusti, veriq; patronum
 Prædicat, & castas nouit habere manus.
 In causa oppugnor sancti, spoliorq; sacerdos,
 Discipor, longo tempore penè cado,
 Sceptrorum es quamquā patronus magnus, egentes
 Complecti res est non tibi honesta mitus.
 Ut ilior tamen est. soluet pro paupere Regum
 Rex non in Cœlo sponte caduea Deus.

Ad Fabricium Capuam Camp. Morconi Principem
Patricium Camp.

A Ut Capis Albanus, Capis aut Troianus, ab ip-
Regum principio sanguis, idemq; genus,
Mœnia dicantur Capuæ fundasse, putandum est
Alterutrum auctorem sanguinis esse tui,
Quid nî? fundata cognomen ducis ab Vrbe,
Inquè illa Princeps est Capua ipsa domus.
Est Albam vobis in stemmate cernere longam,
Est & Troianæ cernere gentis opes:
Insita præterea maiestas regia, virtus,
Et decorat princeps multa corona caput.

Ad Ferdinandum Salgilium medicum, & Philosop.
Camp.

V Era hæc relligio ferret si templa dicari,
Fallax magnificis vt vetus illa viris,
Quale fuit Phœbo, nymphaq; Coronide nato,
Deberet templum surgere tale tibi
Ille salutiferis Epidauro vt profuit herbis,
Sic tu Campanis Peonia arte tuis:
Dignus eo omnipotens quoniā Deus vnuſ honore
Et tu non debes laude carere tua,
In nostra saltem, Fernande, quiesce Camœna:
Debet enim, sensit sapè salutiſ opem.

Ad Franciscum Petrillum Iureconsultum
Camp.

Exquirant alij suis Camænis
Sibi diuitias, mihi est amicos
Tantum quærere sat viros probatos,
Claroꝝ ingenio, eruditione.
Tu Campanus vbi meus latebas?
At non dicier is latere debet,
Qui tam notus in Vrbe, in Orbe notus
Est dicendus homo patens in Vrbe:
Caietana domus iubar Quiritum
Nitens vſa tua suis in amplis
Vrbanis opera, Petrille, rebus,
Quæ prudentia, quæ fides tua, indicauit.
Ergo si numerarier meorum
In gregem patiere, cum beatis
Videbor humeratus ipse Diuis:
Quod si nolueris meæ Camænæ
Causa, quæ ruditis est, inelegansq;
Communis patriæ velis amore.

Ad Franciscum Antonium Adamum Iureconsul-
tum Camp.

Verbis nisi fulgeret per se Campana per Orbem,
Per te nota Orbi nunc foret illâ satis.
At patriæ causa nulli tu cognitus vnquam,

Virtu-

Virtutis veheret ni super astra decus.

Propterea magnus nullam iactauit Homerus,

Plurima te iactat patria, Homere, suum.

Ad Franciscum Vitum I. C. Camp.

Agricolam laudat iuris, legumq; peritus,
Scis cur. tu laudas, factus & agricola.
Non quia deficeret tibi ad Ostia turba clientum,
Quem bene consuleret nocte, dieq; cliens,
Sed quia quam verbis duxisti viuere factis
Tutius esse pjs, nobiliusq; viris.
Tu mihi, Vite, bonus verè consultor haberis,
Qui tibi iure caues, qui citò diues eris.

Ad Hectorem Gentilem Medicum, & Philosoph. A. Camp.

CVM Genium Supéri celebrarent, dicitur
E luxu Pallas abstinuisse Deum.
Cur se continuit? corruptit namq; voluptas?
Ingenij vires, omnibus esca mali: imoq;
Haud secus ipse facis spernens genitalia nostra,
Tantum ut calleres munera Cecropiae.
Huc venias, véniensq; loco sapientior illa qm
Vteris, mirum nam tibi cerno modum.
Quidq; studes medice, tibi, si te nostra iuuabunt,
Ipse tuus primo consulat Hippocrates.

Ad Hieronymum Isam Camp.

Ergò, conspectæ niueæ Mineruæ
 Symbolum præfers minus, Iſa, durum,
 Fortè ſe in Cadmi ducis abluentis.
 Fonte ſecundus?

Mentis en fulges aciē ferenda
 Ante, quam Phœbus daret; impetrauit
 Ecquis Aēcæ? tibi ne eſt Chariclo
 Altera mater?
 Cum canas ergò sapiens remota,
 Quæ tui, pandas, fugiunt amantes,
 An ſacram inuita teneam Minerua
 Ipſe Camœnam.

Ad Hippolytum Lanizam Bozettum Camp. Patric.
Iurecons.

Edite magnanimiſ equitum, Bozette, Magistris
 Enſis vbi tuus eſt, lancea, claua, thorax?
 Ecce toga clares Latia, turbaq; clientum
 Ipſe domi, atq; domi non tua fama minor.
 Ut ilis ò ſemper patriæ gens, inclyta quondam
 Belli, nunc pacis tempore, ſcita domus.
 Ut Campana ſtetit reſ olim gentis in armis,
 Sic nunc in legum tuta patrocinio.

**Ad Hippolytum Vmbrianum medicum, & Philos.
Camp.**

Artis qui medicæ fuit repertor,
Vestrum Pierides adite fratrem;
Vestrum si cupitis valere vatem.
Diuino miser ecce destitutus
Vesano trahitur furore, totum
Nec in quo iacet, hunc capit cubile,
Et sancto haud Helicone digna fatur.
Ferte mi auxilium rogo merenti,
Nam vestrum decus est, honorq; vestri
Cultores mala nulla ferre. magno
Pro Phœbo en mihi missus Vmbrianus.

**Ad Iacobum Ant. Florum medicum, & Philosop.
Camp.**

Sæpe tibi gallos misi, te semper iniquo
Accepisse animo mi retulere mei.
Talis auis medico vigilanti conuenit vna,
Conuenit haud perdix, haud mele agris, itys.
Archiatro ignotum sacram tibi forsitan? in te
Irrites, caueas, ne, bone, Flore canes.
Quid si serpentes prudenti sæpè dedissem?
Et tamen eiusdem sunt monumenta Dei.
Accipere est vatum, non mittere munera; magni,
Parua licet dederint, sunt facienda tamen.

Ad

Ad Iacobum Iannoctam Med. & Philos.

Ergò tibi natus fato præceptus acerbo?
 Quid iuuat heu medicum, quid iuuat esse patrē?
 Qui potuisti alijs, q̄ia præstas Pœonis arte,
 Heu prodesse tibi, docte Iacobe, ne quis?
 Consolare tamen; summo Medicoq; Patriq;
 Sic visum, quām tu, diligit ille magis.
 Transtulit in Superum sedes, vitamq; perennem;
 Nullus vbi mōrbūs, lētitia omnis vbi.
 Est eadem tibi mēta via: longæuus eundem
 Quæris adhuc, tenuit quem puer ille locum.

Ad Ioannem Antonium Mannam Camp.

Publica quod patriæ iuuenis bene gesseris olim,
 Atq; senex melius munia cuncta geras.
 Quod patriæ gignas natum, quo laurea maior
 Non agit in magnō litigiosa foro,
 Sunt magna officia in patriam; communia verò
 Sunt tibi cùm multis, subdita temporibus.
 Quod Campana fides terribris prius obruta cœcis
 Toti sit Cœlo nota calore tuo.
 Officium duco maius, dignumq; trabali,
 Quod clavo figant, marmoribusq; notent.
 Sed quid opus Mannæ mōnumentis? illius arte
 Cum patria in patriam stabit vbiq; fides.

Ad

Ad Io. Baptistam Capuam Campilactari Marchionem Camp. Patric.

Hæc Academiæ lux est lætissima nostræ,
Non debet Cressa pulchra carere nota.
Nostra, Heros, vultu fæcundas pectora, maius
Nescio concipimus quid, ferimusq; nouum.
Maturi per se partus, mens plena laborat,
Fere animus laudes dicere sponte tuas:
Quid primū? quid mox? & quid tandem ultima dicā?
Me miserum, torrens obstruit ora nouus.
Augusto coram crescens aliquando vel ipsa
Conticuit forsitan Musa Maronis item.

Ad Io. Benedictum Agrippam Med. & Phil.

Camp.

Febribus ardentem te vidi, sumq; misertus,
Audiui tandem conualuisse, placet
Quid nī? causa mihi tecum intercedit amoris,
Præterea nobis unus Apollo pater.
Si sapit haud quidquam sapiens, nec talis habendus
Qui nequit & nescit utilis esse sibi,
si malus est medicus, qui se curare nequiret,
Is quamuis alijs esset Apollo nouus.
Tu, tibi qui sapiens prodes, morbosq; repellis
Arte tuos, sapiens es, medicusq; bonus.

Ad Ioannem Benedictum Pacconum Iureconsultum
Camp.

MIrantur cuncti cunctas te vincere lites,
Vnanimes tribuunt, quod bene iura tenes,
Est alijs etiam iurisprudentia, causis
Et tamen hi summa cum leuitate cadunt.
Rem teneo melius. qui iusta, & vera tuetur
Patronus, nunquam naufragus esse potest.
Prætereà truncas lites, componis & illas,
Paccone, omne tuæ est hoc bonitatis opus.

Ad Io. Petrum Morellum Camp.

En fundamentis iactis, Morelle, Neaplis.
Te sophiaæ sedes, atq, magistra tenet,
Susppirata diu. Sirenum noster eandem
Esse domum hanc etiam scribere cogit amo r.
Virtutem es missus multo sudore paratum,
Acquiret nunquam desidiosus homo.
Hac si præteriens tantum tam cautus Vlysses,
Hic tu quod debes cautior esse morans?

ΕΙΩΕΙΩ
ΕΙΩΕΙΩ

Ad Iosephum Vinearolum Iurecons. Camp.

Est vnuus non partus honor tuæ, Iosephe, genti,
 Non vna est genti gloria parta tuæ.
 Ille toga quamuis, quamuis hic fulgeat armis,
 Virtutis tamen est vnius illud opus.
Cum tuus insigni donatus stemmate Regum
 Munere gentilis miles honestus eat,
 Pacificaq; toga tu cures nobilis vrbes,
 Clarus vt incedat quisq; labore suo,
 Expertem non esse tui se miles honoris
 Iudicet, & te nec militis esse puta.
Est commune domus decus, est non gratia rami,
 Radicis vis est, arboris omnis honos.

Ad Iosephum Camœum Camp.


Ingenij multis acies tua mira, Camœ,
 Verùm, qui noui, non ea mira mihi
 Obstupeo tantùm tanto virtutis amore
 Te captum, & statem sit super vt teneram.
Et calles Masas, & calles ipse Suadam,
 Et Sophiæ calles abditiora puer.
Summus vt Orator tulerit, vatesq; , sophusq;
 Ad Cœli fructum sidera sèpè tuum.
Ecce capis leges Romanas . perge , beatas
 Vrbes, contigerit si a sapiente regi.

Ad Iulium Cæsarem Imbrianum. I. C.

AN tulerit legum lator plus, nescio, Cæsar
 Nobis, interpres, Cæsar, an ipse boni.
 Is iubet, atq; vetat, verū tu Phæbus ut alter
 Obscura illustras iura quid ipsa velint.
 At fateor, mirè cum scribas, condidit vñus
 Cæsar mirè, aperit Cæsar & vñus opes.

Ad Iulium Falcum Equit. Hierosol. Camp. Patric.
 strenuum Melitensis classis ductorem, &
 insignem Musicum.

IAm tua Relligio teneris cognouit ab annis
 Sacra tuis virtus quanta futura foret.
 Præficit en classi. præsenti currere cursum
 Ecce paras animo, nec tibi, Falce, times.
 Nulla mali, aut damni capiet formido, potentis
 Hoc cythara spondet vis, gladijque tui.
 Hic ferus exleges perimet feliciter hostes,
 Sedabit tumidas altera dulcis aquas.
 Mars ferus es gladio, testudine dulcis Apollo,
 In toto yr non par clareat Orbe manus.



Ad Lælium Thōmasium Camp. Patric.

Est armata sequens Capuam Thomasia, Læli,
Cæsaris Imperium dicta migrasse domus.
Etruscas inter gentes clarissima semper
Extulit hæc Senis stemmata prisca suis.
Claruit & Capuæ belliq; domiq; parumper
Inclinata tamen principio alta suo.
Gaudeo patronum per te natalibus illam,
Gentilemq; suum deniq; restitui.
Gaudeo plus multò; quòd sis tu talis, vt vnuſ
Hoc sine tu posses nobilitare tuos.

Ad Leonem Pratillum Med. & Philos. Camp.

Inſtaurata ſalus ſuperat ſi cuncta, quid ergo
Illiuauctori nunc tibi retribuam?
Qui dare pauca queo, cupio tibi cuncta. quid? audi,
Nil quoq; , ſi Quintus Carolus ipſe,darem.
Effet, ſiqua darem Iæſus communis Apollo,
Iæſus amor,cum vnam poſcat vterq; vicem.
Sume, Leo, tantum quæ poſſum munera, versus
Nam ſunt magnificis præmia digna viris.

ΕΠΙΤΕΛΟΝ
ΕΠΙΤΕΛΟΝ

Ad Marcum Iunianum Camp.

Egisti pueros in scenis, Marce, venustos,
Est Louis in scenis visus adesse puer.
Egisti ancillas in scenis, Marce, tenellas,
Et visa in scenis non fuit vna Charis.
Egisti seruos in scenis, Marce, dolosos ;
Visus es in scenis tu mihi Mercurius.
Egisti molles in scenis, Marce, puellas,
Est visa in scenis mollis adesse Venus.
Egit amatores patientes Marcus, ibdem
Visus & in scenis esse locutus amor.
Non hæc scena decet, non hæc te parvula, stare
Patria deberent Amphitheatra tibi.

Ad Melchiorem Mazzeum Cam. I. C.

Mvnia certatim nunc hæc, nunc, Melchior, illa
Mandat iudicio patria nostra tuo.
Iure quidem iuris tantum prudentia, quanto
Committi possent maxima regna, facit.
Ipse magistratus vires ostendis, eodem
Seq; magistratus tempore habere virum.
Quanquam parua regis, tame æquis legibus Orbē.
Magna gubernantis fulgis imago Dei.

Ad Octavium Piccolellam Camp. Iuré consin Campania Auditorem.

Gressantis sceleris, licentiaq;
 Turbanum placidam urbium quietem,
 Piccolella, fori seuerioris
 Quæsitor vigilans, simulq; iudex,
 Et vindex. tibi debet omne Regnum,
 Ne dum tradita nostra terra virgæ,
 Ne dum Parthenope modò quieta,
 Debet Rex tibi maxime Philippus,
 Nullo milite tu potes togatus,
 Quod exercitibus nequirit ille.
 Fugit hinc homicidium, rapina,
 Dolus compositus, latensq; nusquam est;
 Si quis, hic patet illicò, solutum
 Illicò, domitum illicò videmus,
 Tutus Cymmerijs nec est in antris.
 Ad celebre tuum pauenit sorores
 Nomen Anguiferæ, pedem nec audens
 Efferre ad Superos, neq; in tenebris.
 Inuidet Rhadamanthus in profundo
 Dicit iustitiam tuam beatam,
 Felices vocat & tuos labores,
 Quod te iustitia tuæ labores
 Mitterent in Superum locos quietos.

**Ad Paulum Bottonum Camp. Med. & Philos. cuius
principia opera Iesuitarum collegium est
Capuae illatum.**

Sunt merita in patriam tua clavo digna trabali,
Non quod Pœonia clarus in arte iuuas,
Sed quia doctrina gens, & pietate corusca
Infertur magno, Paule, labore tuo.
In disciplinis, in moribus aucta iuuentus
Ingenuis Capuam tollet ad astra suama
Hoc abs te factum duco, decorata perennè
Ut tibi sint paribus monnia nostra viris.
Dum magni sapiens Academia stabit I E S V,
Campana stabit Paulus in Urbe simul.

Ad Paulum Marescam Camp. Patric.

Musa Peregrini per se sat nota, secundum
Est possessorem nunc lyra nacta suum.
Digna quidem; sed opes seruabat clausa; patebat
Artifici soli vix decus omne suo.
Dignior en tandem per te modò, Paule, videtur
Gratia, qui referas non minor ipsa tua est.
Contigit ante chely, quod nobis: inuenit Hermes
Ipse chelym, pulsat magnus Apollo chelym.

ΕΙΩΝΑΣ

Ad Pompeium Frapperium Camp. Patriciūm
Militūm Tribunūm,

Ecce senex tandem teneris præfectus ab annis
Militiæ Capua n victor ab hoste redis,
Quam pulchri visu cani, quam vulnera pugnas
Quamq; audire iuuat, quamq; duella iuuat.
Quò, quo Mars reuocat mancas. sat sanguinis ho-
Fudit, membra decet fracta labore quies. (stis
Castra valete, satis retulit Frapperus honoris.
Non poterunt patriæ collere blanditiæ.

Ad Scipionem Baucium Pomiliani Arcus Domi-
num. Camp. Patriç.

Stella quid in rubro tibi candida, Scipio, fulget?
O quam, progenies Baucia, signa decent,
Te Narbonensis perfusit Gallia quondam,
Tu data mox magnæ fidus es Hesperiæ.
Tu belli, atq; domi semper clarissima, teq;
Iungere non Reges eruherent sibi.
Ne Capua arctari credas te deniq; nostra
Est eadem semper lux ubi cunq; micet.
Et nisi per Capuam, ut fulges, fulgere daretur,
Hoc maius, per te fulgeret illa tamēn.

Ad Scipionem Forgillum I. C.

Pars ingens, Forgille, fori, pro iudice in illo
 Qui quoq; ius ciui dicere sèpè soles,
 Qui nuper patronus eras, qui deniq; iudex
 Eiusdem ès causæ factis ab Urbe meæ,
 Cerno interstantem te saxum, altareq; , cuius
 Oppugnator eras, inuidiosus ades.
 Ne cruciere. libens ista te libero cura,
 Integra arbitrio cuncta resu ne tuo.
 Hoc doleo, si fortè eadam; te dicet iniqui
 Patronum rumor spontè fuisse prius;
 Non dicet Morellus; habe tibi vbiq; patronum,
 Dicet te melius consuluisse libros.

Ad Vincentium Mustum Camp.

Cella tibi non vna domo vinaria subter,
 Vrbis Campanæ condidit auctor opus.
 Quidquid in his vini regis, huic Aruisia cedant,
 Quod magis arridet, sic niue frigidius.
 Aut Bacchus dormiuit ibi tres, fertur vt, annos
 Aut hic eductus, vel sacra fortè domus.
 Quod semel illa mihi de testis miserit olim,
 Est non carminibus prætereunda meis
 Quid si vina mihi misisset sèpè? libenter
 Præferrem, seruat quæ sua vina Loui.
 Nil ego de domino dicam. mihi parcat amicus.
 Est mustus, satis hoc: cætera percipiatur.

Ad Vincentium Nouellonum Camp. Patric.

TE in Cœlum ciuis, Vincenti, laudibus omnis
 Extollit, magni pendit, honorat, amat.
 Non quod sis claro Neuiorum sanguine cretus,
 Id sit, iactabat quod vetus Osca genus;
 Munia vel subeas, vel quod contentus autis
 Diuitijs, parcus nec tibi plura velis;
 Non quod sis fortis, doctus, spectabilis ore,
 Omnia magna quidem nomina, magnus honos;
 Sed quoniam bonus es, qui tantum si bonus esses,
 Dicat sanus homo, totus honestus homo.

Ad Vincentium Rattam Camp. Patric.

SI Rattis titulos rapuit virtutis honestos,
 Si genus extinxit nobile penè dies,
 Non tamen ingenio poterit spoliare, mereri
 Quin maiora queat, pluraq; posteritas.
 Hoc tua progenies in primis indole præfert,
 Promittitq; suo sanguine digna satis.
 Quæ sanguis patiens æstusq; , hyemisq; , famisq;
 Non speret longo tempore Cantabricus?
 Instrue te dignos, certat Constantia tecum,
 Subsidio nouit matribus illa dari.

Ad Hostiliani Principem.

Carrasæ domino meo, & patrono;
 I, dono, mea Musa, da libellum.
 Sis quamvis nihil, aut parum diserta,
 Et dicant licet huic virum eloquentem.
Exi Parthenope, petas Vesuvum,
 Hic Cœlo fruitur magis Crotone
 Clementi, inueniesq; differenter
Cum oratoribus, atq; cum poetis,
 Oratorem etiam gravem, & poetam.
Maiestas iuuenem tibi indicabit,
 Tu manus reverenter osculata, &
 Dicens nomine plurimam salutem
 Nostro redde sacras viro tabellas.
Dum considero perspicacitatem,
 Magne Heros, tuam, & eruditio[n]em,
 Tædet pollicitum esse me, pudetq;
 Rem persoluere non sat expolitam
 Cuius ingenium politiora
 Argumenta decent, & altiora.
Sed si me inspicies rudem, & pusillum
 Sunt hæc digna, satis, superq; docta;
 Hoc certum tamen est, ut illacunq;
 Sunt, ob magnum animum tuum placere,
 Accedit quoq; diligis me, amasq;
Carrasæ domino meo, & patrono
 I, dono, mea Musa, da libellum.

In Rodulphi Aquiuuii Iesuitæ Martyrium in Indijs
coronati

Ad Hieronymum Hadriæ Ducem patrem.

CVM fortis cecidisset agone Rodulphus in Indo
Pro Christo, oppugnans impia signa pius,
Talia verba parens Hieronymus esse locutus
Dicitur, auditio, o germine digne parens.
Est meus hic natus, miles duce dignus I E S V,
Et patriæ, & generis gloria vera sui.
Quam dignè siccis oculis tua funera curo,
Quem res cum superis tam bene gesta locat.

Ad Mondragonis Ducem in ortum filij.

NON vni, Carrata, tuus puer ortus honori,
Plurima cui gentis gloria stravit iter.
Id melius certi spondet Iouis ales, in astris
Hæc oritur, terris cum tuus ortus amor.
Non vna in vultu splendebit gratia, pulchrum
Nil genitore magis, nil genitrice magis.
Id melius spondet maiestas florida Maij,
Excipiunt Charytes, excipit alma Venus.
Magne puer, casu non nascere magnus in Orbe,
Nascenti Regi nasceris ipse Comes.

Ad Forliti Ducem.

Dum præceptorem, Carazole magne, nepoti
 Insignem quæris moribus, ingenio,
 Comparo te Peleo, Fernandum comparo Achilli,
 Comparo Phœnici, cui data cura tua est.
 Cur hæc ihuideat prisca mirabilis ætas
 Non est, Heroas gignit & illa suos.
 Gratulor ergo tibi, mecumq; Carazolus alter,
 Viueret ovtinam magnus Homerus, ait.

Ad D. Indicum Piccolomineum de Aragonia
 in Alphonsi Celani Comitis fratribus
 obitum.

Ergo tibi Alphonsum rapuerunt, Indice, Parcas?
 Quiq; ferè alter eras frangere penè simul?
 Cur genus vnde tuum, tibi non proponis humatos
 Summos tot Reges, Pontificesq; pios?
 Hoc tibi præcipiè deberet ferre leuamen;
 Quod fuerit dignus patribus ille suis,
 Talis & ingenij quod fulgas munere, priscum
 Ut per te possit omne redire decus.

EXCEPTE
EXCEPTE

Ad Flaminium Brancatium.

Brancati, antiquum Sebethi, deniq; resti
 Vulturni lumen, præsidiumq; nouum,
 Si sua virtuti debentur præmia vbiq;
 Si sua vel virtus præmia semper habet,
 Quis tibi tam dignas decerpserit vndiq; lontanæ,
 Quæ non ostentent se benè spontè prius?
 Qui nunc astra refers, tractas qui deniq; terras,
 Mirus inaccessos qui penetrasq; locos,
 Te meritò possunt Phœbo conferre potenti,
 Omnia quem cerniunt, omnia quiq; videt.
 At mihi tu verè Phœbus dicere, Camœnis
 Qui reddis veteres, qui referasq; domos.

Ad Octauium Sconditum.

Dvæta puella tibi est, Octavi, diuitis hæres,
 Atq; eadem præstans corpore, clara domo.
 Hanc non vxorem, dominam fore sepè superbant
 Effutit stultè liuida turba tuam.
 Nos, qui syncero gaudemus pectore, quiq;
 Sanctè diligimus, cernimus interius.
 Inuentum nunquam, nusquam coniunctus isto
 Certamus vinclo, connubioq; nouo.
 Non ne tibi in cunctis cum coniuge conuenit?
 Tu pulcher, diues, nobilis, atq; tener.
 Quisq; parem ducat, ne sit querimonia, maius
 Addo, non expers sanguinis illa tui.

Ad Ioannem Baptistam Portam de Olympia
Comœdia.

Causa iacebat humi, circum Risusq; Iocusq;
Lugebant tristes, scena decora patrum.
Prodijt at postquam sublimis Olympia Portæ.
Stat, pater, & latis additur alma Venus.
Spectatum admissi ciues, medo plaudite, Plautum
Reddidit en tandem blanda Thalia suum.

De Penelope eius Tragicom.

Dum noua Penelope tandem à te prodeat, alter
Tu mihi Laerte, Porta, videre satus.
At quoniam eloquio video florere pueram,
Addo, nec fallor, maior Vlysse nites.

Ad Pompeium Barbaritum.

Quādō erit, ut noster, quæ nos coniuxerat olim,
Illa eadem iungat docta Neaplis, amor?
Qui desiderium potero preferre? cadenti
Fert frustrā ò quoties dulcis amicus opem.
Sí, quæ nos inter primum fundauit amorem,
Fungetur scribens munere Musa suo,
Non modò stabit amor, tenuit qui summa, videbor
Sed quoq; præsentem semper habere virum.
Nam scitè scribens oculos præstringis, & aures,
Qui legit, aut audit, dicat ut illa geri.

Ad

Ad eundem de Parthenopes fletu in Margarita Austræ Hisp. Reginæ obitum poemate ab eodem edito.

PArthenopes canticus si quis non audijt olim,
Eiusdem fletus audiat ille modò.
Ex dulci fletu quam dulcis conijce canticus,
Quandò ferat somnos fletus & ipse suos.
Margaris Austriacæ Sirenis funera flentis,
Pompei, lacrymas, tristis & ipse, legis.
Margaris, Inda nitens est quævis lacryma, cedac
Eridani lacrymis lacrima nota tuis.
Digna tuæ Zunicæ sunt ista monilia collo,
Quæ luget Dominam non minus ægra suam.

Ad Carolum Pintum.

TErratum si forte quibus tu Pindus in oris
Sit quæris, iactat Thessala terra suum.
Desertum inuenies montem, siccosq; liquores;
Vix saxi retinet nomen, vbiq; filet.
At si quæris ubi sit gratia pristina Pindi;
Hanc tantum iactat Parthenopea suam.
Laurifero à Pindo cum Musis latus Apollo
Transtulit in Pintum quidquid honoris erat.
Audire ut Pintum, diuino excepit honore;
Pinde, inquit, valeas, hic mihi Pindus erit.

Ad Auilam Cyprium concionatorēm cele-
berrimum.

Nauigat in Cyprum concha Venus orta repete,
 Submittit flores terra beata pedi.
 Elegit sedes alias Cytherea deinde,
 Omnibus at posuit sedibus antē Cyprum.
 Hic inter Charytes dulces exercet amores,
 Concipit hic, vtero fertq; , paritq; Deos.
 Hic alios inter partus Amor editur ille,
 Mercurij pignus dulce, secundus Amor.
 Non ergo miror Cyprium te excellere forma,
 Dulcia & eloquij flumina ab ore dare,
 Aut habet hoc proprium generandi patria munus,
 Aut illi potius tegenuere Dei.
 Cœlestis Venus, & Cœlestis nuntius, ambos
 Et sermo & facies, Auila, semper olen.

Ad Paulum Monachum Puteolis prædicantem.

GRANDILOQUŪ quisquis Paulū non audijt olim,
 Audiat hic tandem te, bone Paule, modò.
 Hinc eadem raptus nouisse arcana videris
 Ipse Dei in Cœlum, cui licet usq; loqui.
 Puteoli semper felices; cernere Paulum
 Quondam, audire modò contigit, alter ades.

Ad Franciscum Guerrerium Iesuitam, Iesuitarum
collegium commendans.

Quam sit formosū corpus, pater optime, vestrū
Ipsum dat formæ symbola clara caput.
Præsidet, informi faciem qui præbuit Orbi
Tam pulchram, ablata m̄ restituitq; cadens.
Non ergo est mirum, si vos tam mundus honestet,
Cum sua det membris maxima iura caput.

Ad Vincentium Quatrimanum, Neap. Vicar.

Muniuit reliquos manibus Natura duabus,
At tu, Vincenti, dicere Quatrimanus.
Cur? tibi cognomen dignum tua facta dedere,
Quæ facis ipse, alijs sunt meliora duplo.

Ad Paulum Morellum, qui Annibalis Capuæ Neap.
Archiep. funus oratione honestaratur.

Ni tibi Mercurius fauisset, Paule, valebas
Nequaquam tantum sat celebrare virum.
Mercurij in Cœlum pennis te tollis, honores
A superis habitos cernis ibi Annibali,
Et tibi Mercurij dulci dictantur ab ore.
Idcirco nobis tamen benè scribis opus.

Ad eundem.

Dum tu viuentis nostri, & morientis honores
 Pēfculis eloquij flumine, Paule, rigas,
 Non solum afflictos miserè solaris amicos,
 Pulchrior his etiam sed reuirescit homo,
 Proponis vitam cunctis, mortemq; beatam,
 Efficis, ut viuant, ut moriantur ita.
 Annibalem poterat melior non dicere lingua,
 Non meliorem alium dicere lingua virum.
 Carmine Mœonio tam dignè magnus Achylles,
 Et tam Mœonium carmen Achylle nitet.

Ad Io. Baptistam Anticum à lupis ouium stragem
 expassum, cui lupum piscem mittit.

O Vas facere lupi prædas audiuimus ægri,
 Morelli imprimis condoluere tui.
 Quid nis? Si nobis agni mittuntur, & hædi,
 Et compleat missus caseus omne penus?
 Septis ipse tuis gratum facturus amicis
 Indixi nostris hic quoq; bella lupis.
 Inuisum saltem nobis vlciscere nomen,
 Hic lupus est nostro captus in amne, vora.

ଶ୍ରୀକୃତି
ପାତଙ୍ଗ

Ad Iosphum Solarum Neapoli scribentem.

Si liqui gemitus vobis, lacrymasq; Solare,
 Non procul hinc gemitus, nō precul & lacrymæ.
 Parthenope ante oculos versatur nocte, Solarus
 Dimidium ast animæ nocte, dieq; meæ.
Oppida Parthenope mihi fordent cuncta carenti,
 Dulcius & nusquam te reperire datur.
Quæ canet orbus? in his solamen montibus vnum
 Sunt in conspectu mœnia cara meo.

**Ad Paulum Portarellum in sibi poetarum nomen
 vendicantes.**

Arbor inarescit Phœbo gratissima, scindit
 Ecce omnis ramos turba profana sacros.
Quisq; comas ornat, solum dux abstinet, atq;
 Vates, quid? lauro nunc quoq; caupo nitet.
Andormit Nomius? plebs vt Cyllenius audet?
 Heū, non ridebit fronde virente carens.
Tu ergò, cui meritò decoraret tempora, versus
 Quiq; facis mira dexteritatē nouos.
Inuehere, insulta, dente arma teq; Theonis,
 Et tua sic deinceps gloria maior erit.

Ad Berardinum Riccium Cosentinum Melitense,
bellum heroico carmine scriben.

BErardine, nouam dum lynceus pérlego Musam,
Qua bellum felix tu Melitense canis,
Comparo te magno; qui scripsit bella Maroni;
Qui in Latio quondam sunt Phryge gesta duces.
Tu maiestatem versus rapuisse vidēris,
Materiemq; ; ornat picta figura locos.
Dicuntur Calabri quondam rapuisse poetam,
Parthenope verò pulchra tenere modò,
Iudice me, Calabri rapiuntq; , tenentq; poetam.
Qui negat hoc, Calabrum te legat ille virum.

Ad sallustium Iaqulintum

ADe te me nūnquam cani, rugæq; vocasse,
Id potuit solum candida vita prior!
Inueni maius, fuerat quām fama locuta,
Dulcis ea est atas, quæ solet esse grauis?
Quid mirum? tales gignit sapientia fructus,
Præsidium poterat non aliundē dari.
Non ego sum vires miratus corporis vñquam,
Ingenij vires laudo, Iaquinte, tui.
Es nobis alter Nestor, mittebat ab ore
Qui quondam dulci dulcia mella suo.
Quid restat? viuas felices Nestoris annos,
Ut possis nobis vtilis esse dili.

269

Ad Bagolinum.

EN, tua quid faciat, cognoui deniq; musa,
Et lepidè Lepidus carmina cuncta refert.
Diceris in rictus, in nasos scribere, & ollas,
Et Iusus alios vndiq; mellifluos.
Misit, vt audiuit, crepitus mea musa cachinno,
Puteoliq; nouo contremuere sono.
Hæc super effinges, Bagoline, epigramma ; remittes
Si ad stomachum, deinceps tu mihi maior eris.
Ad eundem.

Multa mihi ignoto dixisti, plurima nota,
Hospes vt es factus, cur fugis Harpocrates?
Te Trax accepit forsan, Bagoline? cauendum
Duxisti vitæ, diuitijsq; tuis?
Constiti, vt Aesonidem rapiente per æquora vento
Hypsiphile carum littore, tristis ego,
I. stulte accersis damnum, qui fluctibus atris
Credis, Sarcinulam perdis & Attalicam.

T. M.

Ad Dominicum Roccum poma mittentem vna

zium spinis i cum versibus.

Mittere mi versus est, quod dare fontibus vndas
Cui sunt Musarum Scrinia plena domi.

Mittere sed fucus, vuas, & poma carenti,

Et cupido, proprium nil magis esse puta.

Hec mili tu mittes, tibi versus ipse remittam,

Qui versus vates velle videre nouus.

Non ideo sperno tua carmina, mitte, remitte,

At semper veniat spontula plena simul.

Ad eundem sacerdotem piscationi operam

festisq; iudicis dancem.

Andreas olim sarcibant forte, Petrusq;

Divitias magnas retia fracta suas:

Præteriens, hominum dabo vobis, inquit. I E S V S,

Piscatum, subito retia destituunt.

Ad genus hoc etiam piscandi duxerat idem

Te a puero, & magnum vidimus esse virum.

Deseris ecce senex CHRISTVM, præponis iniquus

Piscem homini, iniugilas nocte, dieq; mari.

Quid mirum agrotans si pœnas ipse dedisti?

Vix miser es tumuli tractus ab ore tui:

Ad studium antiquum redeas. ni fiet, in Orcum

Descendes Stygiæ quam citò piscis aquæ.

Ad Saluatorem Zitum.

Sanguine iuncte mihi materno, carior autem,
Quam de progenie si patris ipse fores,
Quando sacerdotem castum te tota Neaplis
Prædicat, in sacro sis memor ipse mei.
Nolo mihi exores mitras, ac Nestoris annos,
Hæc bona sint quamvis, hæc mala & esse queunt.
Me tenet unus amor, noctesq; diesq; requiro,
Parvus ut in Cœlo sit mihi, Zite, locus.
Hoc mihi nil soluis maius, cui maxima debes,
Hoc tutum in terris poscere, non aliud.

Ad Petrum Monach, Cassin.

Nota Albana satis, nota est Seplasia, Petre,
Et quæ armatorum sit superata manus.
Illiū at palmæ Campanos traduit, abste
Nunc iuvat, & refert vincier, estq; decus.
Delicias ergo frangens & inermis, & unus,
Te Diuis aquas, fortior, arma gerunt.

O, Sacris nuper manibus pastoris in vnijs,
Care puer, contra Dæmonas vncle meis.

Quem genui Christo, fidei rudimenta beatæ

Quem docui, ostendi cuiq; salutis iter,
Heu quæ tam teheros febris fera sœuit in artus;

Mors sic ut in roseis pallida pieta genis?

Quæ rapuit yerbis canam violentia mentem?

Quis nouus in paruo corpore morbus agit.

Si mihi tam es carus, quò carior ipse parenti?

Natorum cælebs nunc scio quid sit amor.

Accipe, summe parens, pro nato vota parentum,

Tantaq; nec voto sint sine vota meo

Carmina mille tibi promitto, sed prius illa,

Quam figam, puro concinat ore puer.

Epith. Parthenopes.

Quæ in liquido viuēs dominabar marmore quib;

Hoc modò sub duro marmore Nympha premor;

Sic voluit fatum fatalis vector Ilyssis,

Imò ego cogor aquis sponte perire meis.

Non tamen hic duri careo solamine casus,

Vlcisci tandem contigit, atq; datur.


Concedere loco, posuerunt mœnia Graij,

Hos ego pestiferis obruo delicijs.

Epith.

Epit.

A Spice, qui transis, casus intellige nostros,
 Et miserere simul, si quid amoris habes.
 Formosum iuuenem redamo formosa puella,
 Et dignum amplexu censeo grata meo.
Ad domino thalami in thalamo dire opprimor una,
 Non cœlat furtum luna inimica meum.
Queis erat vna fides, & vita vna, vnts amorq;
 Crede mihi, dulcis rex fuit vna simul.
Hoc uno dicam crudelia fata, quod vnam
 Non vnam dederint, conderet vna minor.



V No forte duos in lecto vidit amantes
 A quinto Mauors, tertio ab orbe Venus.
Tunc Venus. hic aliqua etiā pellice ludere Martem,
 Membra ego dum video Martia, & arma, puto.
Et similes curæ præcordia Martis adurunt,
 Hæc Venus est; video membra ego nota, refert.
Præcipites adsunt: obtutu noscere causam
 Mutuō; cur veniant, Zelotipi ambo queunt.
Sic falli gaudent; cupiunt semperq; sed Orbi
 Terrarum Supériis displicet esse pares.
Conueniunt, furtumq; tori docuere maritum,
 Opprimit incatos qui ferus vltor eos.
Lætus vterq; reddit, quoniam securus amorum est,
 Et forma in terris inuidiosa perit.

Epith.

O, cui pulchra faveat Venus, à me disce sepulta,
Quām pulchra & possit forma nocere tibi.
Vxor eram, atq; nurus casta, & pia, meq; iuuenta,
Et forma pauci non cupiere proci.
A tot amata duos colui socrumq; , virumq;
His odio, infelix, à tot amata fui.
Vir dum ægrotta parat virus, dat pocula socrus,
Quis timeret hoc insons? inscia sumo necem.
Causa necis non culpa fuit, sed forma, nequaquam
Zelotipus formæ factus vterq; meæ.

Epith.

Non modò, nata, diù debebas viuere, patri
Sed quoq; longæuo mi superesse diù.
Nil genuisse iuuat, nil instituisse, dolorem
Extremum, heu; linquis, deliciae ante meæ.
Hebræa insignis, Graia, linguaq; Latina,
Voce, chelyq; taces? forma, pudorq; iacet?
Prodest, nata, tibi fueris quod talis, ut orbi
Vivas, ut peream sed mihi, nata, nocet.

Epith.

Gente tua digno te spondeo, nata, marito,
Das te digno alij, quem legis ipsa, fidem.
Nostra fides feruet, sposo poscente, nec ipsa
Fers frigere tuam, sollicitasq; virum.
Tē rapit antē diem dictum dilectus IESVS,
Zeotipusq; suis collocat in thalamis.
Gaudeo, nata, patri meliora nepotibus ipsis
Præstare æternūm sic mihi nupta potes.

Nobilis ipsa viro dum vis concederē nulli,
Virgo, tuos thalamos, a tot amata procis,
Vafra tuos spondes hymenæos omnibus, vnum
Ut credat sponsum se fore quisq; tuum.
Dum trahis in longum, tantum quē corde tegēbas,
Ut cupis, vrq; petis, præripit altus Amor.
Præreptam sibi quisq; dolet: ceditq; superno:
Quisq; viro: dignam numine quisq; putat.
Digna cales lacrymis cunctorum tecta sepulcro;
Caldior in viuis, viuaq; pectoribus.

Epith. pueri, Et delphinis, de quibus
Aulus Gellius.

Extinguo puerō, Delphinus vector, amansq;
Orbūs, & impatiens littore spontē perit.
Cum puerō tegitur felix modō, marmore gaudēt
Hoc etiam, iunxit Puteolana manus.
Epith.

Ivlius hic Cæsar iacet, olim Roscius alter,
Et tumulum decori dat pia Scena suo.
Congreditur Plausus, Risusq;, Iocusq;, Venusq;
Delicias luge, Parthenope alma, tuas.
Epith.

Teprius in mentis tumulo, mox marmore cōdos,
Soluere cur nequeo marmoris officium?
Nec grauis ipse forem genitori filius, essem
In sphærīs veluti sunt elementa suis.
Nec satis officio nati fecisse viderer,
Quem pater innumeris afficis officijs.
Hoc mihi solamen restat; citò condar & vna,
Et dabitur tecum posse perennē frui.

Visseret ut natum, petet arcem Antonius altam
 Virginis, Hippolytus suscipit ipse patrem.
Gaudet honore senex, iuueni Dominamq; precatur.
 Ut; quæ mortali sunt meliora, darec.
En manæ extinctum nouit. mors optimæ rerum
 Est ergo? clamat, te, bone nate, sequar.
Per necis, infelix, iter? ah, te fallis : in Orcum
 Descendis præceps, filius astra tenet.

Ad Puellam Neapolit.

PArthenopè dulci dulcis magè filia matrè,
 Ergo perivit amor pulchra puella tuus?
Respice quò durus posset dolor ire, tuæq;
 Argumentum ingens ossa parentis habe.
Sume chelym potius matris, te habet illa secundam,
 Et defle dulci tristia fata sono.
Non modò mœrorem pelles, reuocabis ad suam
 Sed quoq; latitiam Ditis ab ore tuam.



Hoc pme uocem dicitur, et hoc est pme uocem dicitur.
 Atque pme uocem dicitur, et hoc est pme uocem dicitur.

Andria doloris impatiens in cisternam

missa adorata me desilit, & multa in terram

Dum fugere instantes fato cupit. **A**ndria curas,
Lethiferumq; furens nil videt esse domi,

O felix, exclaims, habes tu, Portia, prunas,

Ergo mihi miseris quid dare possit opem?

Dixit, & in niueam cisternam desilit. **E**cce

Quam pateat cupidis vndiq; mortis iter.

Equus, & eques in Sulphuriam cadunt, &

Percunt.

Vulcani cum Gallus eques cecidisset aheno,
Dicitur his verbis esse locutus equo.

Eripenos, iniuste, malis, virtute Macedoni
Rex vestra incolumis, Coles & ipse redit.

Tunc equus ex hoste, ex vnda, non ignibus vnguam,
Nec tibi prodeissent hic Phaetonis equi.

In Vini potatorem quandam scepè natantem.

Quid tibi dulce magis vino? quid amari vnu-
Et, tamen admiror, Tæpè natare velis.
Hoc puto, nec fallor, Superos te poscere, fiat
Ut mare tunc vinum, cetus & ipse maris.

Dia-

Diana puella pudica.

DIanam, vates, vestram sperno ipse triformem;
Numina Diana sunt potiora mea.

Vestra feras armis in silua, hæc figit inermis
Tantum homines oculis; monia nostra vident.
Vestra micat noctes alieno lumine, lumen
Hæc mea dans alijs nocte, dieq; micat.

Vestra Iouis Stygij coniunct violata, maritum
Ast habet hæc superum non mea tacta louem:
Cedite, nam potior vi, luce, pudore, viroq;
Vna sit & vestris digna voluminibus.

Siluia Eisis labijs puella.

Quò fugis à silua lepus? ut sim tatus, in vandas.
Ah, nutrit, redeas, pontus & ipse canes.

Quò miser ascendam? in Cœlum? canis igneus illic;
Et nostros etiam percutit ille canes.

Ergò descendam ad manes? peiora manerent,
Qui vorat hic animas est canis, isq; triceps.

Quid faciam? has ædes teneas; hic Siluia tutum
Excipiet certo pulchra puella sinu.

Ecce tenes illam. video tantum ecce labella.
Alter, ut in Cœlo, lucidus aster ades.

De Theodorico Morello Campano prius Authoris
ignoto, cuius de verborum copia Lugduni ad-
centum annos, & pluries impressum
extat Enchiridion.

Quæ Theodoricum Campanis parca tegebatur.
Et quæ Morellis inuidâ terra suis?or: **V**
Quis te, quis patrijs tandem Deus appulit oris?
Morelli sq; legi, docte Morelle, dedit?
Te Lugdunensis fecit non Gallia parui,
Ut prædignus non semel antè fores:
Suspiras Cœlum extorris, camposq; relictos,
Fortunamq; tuam, spesq; , virosq; tuos.
Restitui hoc etiam est patriæ æternum ipse libello
Viue tuo, mecum contumulere meo.



AD AVCTOREM

D. Andreae Tartalioni Martenisiensis
Epigramma

Avidisset Carolum Phœbus cum fortè canentem,
Obstupuit mirans; alter Apollo datur?
Per Stygias iuratus aquas, est fortè sacerdos
Orpheus Elysia valle reuersus, ait.
Iurè alijcedant, quot, quot cecinere Poetæ,
Quicquid habent omnes, omnia solus habet.
Ite, virum lauro certatim ornate sorores,
Quem dicam nobis hoc placuisse magist?

Caroli Pinti Academicí Ocioſi.
Ad Lectorem.

Si Morelli opus hoc leges; sepulcris
Mirandum tibi Coelites loquentur.
Cœlestes melius viros loquentes
Suis quis numeris tulit? poeta
Hic noster, sacer, ac pius, Postquam
Quis non dixerit optimum, latine
Cœli seu cahat incolas beatos,
Seu quos terra tenet caduca ciueis?

F I N I S.

Ignoscas, lector, erratis, quibus plurimis opus scatet;
cum enim imprimeretur, accidit auctori persæp^t
egrotare; quarè alijs emendatio credita, ut legis,
non bene successit. visum est tantum dictiones cor-
rigere, cætera omittuntur.

pag.	carmen mendum	emenda.
5	tit. Sancti	Sancto
7	12 Domino	Domini
12	5 sic	sic
17	1 Tuders	Pastor
20	4 exhibier	exhibitus
ibidem	at	ut
22	2 suut	sunt
27	tit. 1 Caffin.	Cassinate
29	1 signis	signis
31	8 consecrat	consecrat
32	2 offerens	offerens
33	9 bumatur	bumatus
35	13 visi	visi
50	5 Et	enī
53	12 Iacynthbus.	Hyacinthus,
58	9 Aureo	Auro
64	5 omnipotens	Omnipotentis.
78	3 supertes	superstes
85	7 fulmina	fulmina
85	8 caudida	candida
87	3 coro	caro
96	15 coniugere	coniungere.
107	2 Bellamino	Bellarmino
112	8 serena	serena

guer

134	19	guerperi	puerperi.
136	16	Adueniente	Adueniente
142	12	Athos	Atho.
143	22	Cæliculum	Cælicolum.
147	12	Qui suè	quisuè
154	4	manet	monet.
160	2	magni	magnis
160	20	vestityt	vestyt
ibidem		equis	ecquis?
200	19	gestat	gesta.
213	t.2.	patentur *	paterentur.
215	14	Consulum	Consulum.
237	17	ciauum	clauum.
230	3	pontificium	Pontificum
244	14	Præsul	Præsulis
280	13	leuame	leuamen.
286	4	bomo	bumo.

Imprimatur.



Petrus Antonius Ghibertus Vic. Gen.

Mag. Thaddaus Caputus Augustianus depu-
tatus vidit.

VA 1
1528283

B

ମାତ୍ରାକଣ୍ଠିମାନଙ୍କ ପଦମୁଖ
ଅଶ୍ଵାଶ କାହାର କାହାର କାହାର





15
4
2

